

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-24560/fragment/page=0001

Zur
Gräfl. vom Hagen'schen
Majorats - Bibliothek
MÖCKERN
gehörig.
№ 1026



~~Ds Auspr. Nr~~
Ds Infl. OO. M
1 angeb. Constat 7. gross.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-24560/fragment/page=0002

INSTITVTIONES

LINGVÆ GRÆCAE, N. CLENARDO AVTHORE,

CVM

Scholijs & Praxi P. Antesignani Rapistagnensis.

Quid hoc libro contineatur, quartum folium indicabit.

EDITIO QVARTA.



Johannes Sebastianus Weyda. Pos. Huius libri.

Johannes Ernesto ab Hagen

COLONIAE,
Apud Theodoricum Baumium,
sub Sole aureo.
M.D.LXVI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-24560/fragment/page=0003

1.

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΓΑΡΔΕΓΙΟΥ
εἰς Πέτρον Βῆρ Πρόμαχον
ἐπίγραμμα.

Μή σε μόνον πρόμαχον ῥηξήνορα φήσειν ἄντις.
Εἰ χαίρομεν τάπιων ἡγεμονός τ' ἀγαθός.

EIVSDEM ALIVD.

Ceßauit medio Cecrops garrire Lyceo,
Nec potuit ſolita Porticus ire via.
Nunc debellatis tibi Gallia prodit Athenis,
Et redeunt vno tot monumenta libro.
Vicimus, & patrijs hoſtem confecimus armis,
Sic vt opes iterum ſentiat ille ſuas.

LANDESBIBLIOTHEK HALLE (SAALE) UNIV.-B.
443,1
AB 427/412

PETRVS ANTESIGNANVS PETRO LABADENSI.

τοῦ φιλοφιλτάτῳ εὖ πράττειν.



HAbes à nobis, mi Labadēsis, munus forsitan leuidense & paruum, sed tamen nō indignum iudicio humanitatis & beneuolentiæ tuæ. Neque verò, licet (vt inquit Fabius) operum fastigia spectentur, lateant autem fundamēta, minus qui in illis fideliter iaciēdis occupati sunt videntur esse perhibendi, quàm qui in alio genere se exercuerunt. Nam, vt tute ipse optimus es testis, in omnibus artibus pertractandis ferè natura affert, vt in principijs maiores quàm in fine difficultates appareant: vnde euenit, vt qui

minus feliciter & auſpicatò ad aliquam diſciplinam acceſſerit, neque in ijs, quæ natura antecedunt, impenſe fuerit verſatus, ſæpiſſime à calce ad carceres neceſſitate reuocetur. Quæ non à nobis dicuntur, quò ad laborem noſtrum maior commendationis tuæ fiat acceſſio: ſcio enim quantum pro incredibili illa ſuauitate tua nobis ſemper tribuas: ſed vt Græcarum literarum ſtudio flagrantes incitatione quadam in hanc partem, magnitudine vtilitatis impellamus, operamq; noſtram aliqua illorum gratia & erga nos voluntate ſolemur. Tibi verò homini & doctiſſimo, & mihi etiam amantiſſimo multò confidentius noſtra permittimus, quàm Lucilium poetam ſua Perſio narrent conceſſiſſe. neque enim ij ſumus, vt noſtra illis offeramus, qui id in quo offenderimus, reprehendere, aut quod aptè &

loco

loco dixerimus (si modo id à nobis præstitum est) laudare nequeant: sed limatulum & politulum iudicium tuum libentes expectamus. cui si probamus nostra, verendum non est, ne non tanquam aliquo securus caduceo, inter hostium tela libellus iste versari possit. Vale. Lugduni quarto Idus Aprilis. Anno M.D.LIIII.

ALEXANDRI HEGII MAGNI ILLIVS D. ERASMI ROTERODAMI QVONDAM præceptoris, de vtilitate Græcæ linguæ, ὁμοιοτέλευτα.

QVisquis Grammaticam vis discere, discito Græcè.
Vt rectè scribas non prauè, discito Græcè.
Si Græcè nescis, corrumpis nomina rerum.
Si Græcè nescis, malè scribis nomina rerum.
Si Græcè nescis, malè profers nomina rerum.
Lingua Pelasga vetat vitiosos scribere versus.
Lectio quem Plinij delectat, discito Græcè.
Sique libros sacros vis discere, discito Græcè.
Hyeronimum vt teneas, vigilans tu discito Græcè.
Ne versus scribas vitiosos, discito Græcè.
Argumentari quisquis vis, discito Græcè.
Quisquis Rhetoricen vis discere, discito Græcè.
Scire Mathematicam quisquis vis, discito Græcè.
Artibus es medicis qui captus, discito Græcè:
Morbis nam cunctis sunt indita nomina Græcè.
Argolicum nomen cunctis liquet esse figuris.
Artes ingenuæ Graio sermone loquuntur,
Non alio, quibus haud nomen dat lingua Latina.
Ad summam, doctis debentur singula Græcis.

TITVLI AC PRAECIPVA CAPITA EORVM QVAE hoc libro continentur, quò facilius quicquid ex eis quæratur, discretis posſit locis inueniri.

Literarum figuræ, nomina & poteſtas. pag. 1
Vocalium & diphthongorũ diuiſio. 3
Conſonantiũ diuiſio & earum inter ſe affinitas. 4
Nexus & orthographia conſonantium. 5
Canones pronuntiationis: vbi de Accẽtibus 9. De Spiritibus ibidẽ. De Apoſtropho, atq; obiter an conſonantes finales dictionis apoſtrophum paßæ, & præpoſitionũ in compoſitione, trahãtur ad præcedentem ſyllabã, an ad ſequentẽ. 10
Literarum γ, κ, τ, ν, π, diuerſa pronuntiandi ratio. 12
Orationis partes & earum accidentia. 13
Articulorum præpoſitiuorũ declinatio. 16
Prima nominum pariſyllabicorum declinatio in ας & in ης maſculinorum. 16
De dialectis diſcurſus. 17
De dialectorum proprietatibus generalia præcepta, Atticæ & Ionicæ 21. Doricæ 22. Aeolicæ. 23
Varietas dialectorum in nominibus primæ et ſecundæ. 24
Secunda declinatio fœmininorum in α & η. 25
Paragoge ſyllabæ φι. c 26
Apocope in tribus declinationibus. ibid.
Tertia declinatio maſculinorũ, fœmin. et cõmunium in ϛ, & neutrorum in ον. 27
De nominum genere regulæ generales. ibid.
Fœminina in ϛ tertiæ. 29
Communia in ϛ tertiæ. 30
Varietas dialectorum in nominibus tertiæ. 31
Quarta declinatio maſculinorum, fœmin. & communium in ως, & neutrorum in ων. 31
Quarta Atticorũ in quibus nominibus ſit recepta. ibi.

Quinta declinatio imparisyllabica neutrorum in α, ι, υ, fœmininorum in ω, & variorum generum in ν, ξ, ρ, σ, ϕ. 33
Quomodo genitiuum formẽt, & cuius generis sint nomina quintæ declinationis finita in α, ι, υ, 34. In ω, 35. In αν, ɛν, 37. In ην, ιν, 38. In ον, ϑν, υν, 39. In ων, 40. In ξ, 42. In αρ, ϕρ, ηρ, 44. In ορ, υρ, 45. In ωρ, ας 46. In αις, αυς, ɛις, 47. In ϕς 48. In ɛυς, ης, 49. In ις, 50. In ϑ, 51. In ους, υς, 52. In ως. 53. In λς, νς, ρς, ϕ. 54.
Accusatiuus quintæ 55
Vocatiuus quintæ 56
Datiuus pluralis quintæ 57
Breues ɛ, ο, quomodo producendæ. 58
De nominibus cõtractis. 59
Vbi fiat contractio & quomodo. 60
Prima declinatio nominum contractorum 61. Secunda 62. Tertia 64. Quarta 65. Quinta 66
Coniugationes verborum, Prima, Secunda, Tertia, Quarta, 67. Quinta, Sexta 68
De coniugationum characteristicis. 69
Quare coniugationes dicantur barytonæ, ac quid sit βαρύτονον, & quid syllabicus accentus. 70
De barytonorum formationibus tractatus haud pœnitendus: vbi summatim agitur de Augmento 70. Characteristica 71. Penultima 72. Terminatione, de qua primum præcepta quædam generalia ponũtur 73. deinde tres figuræ, vna de primarijs terminationibus vniuscuiusque tẽporis 75. Altera de terminationibus personarum ductarũ à primarijs 76. Tertia de imperatiuorum terminationibus ibidem. Præterea personarum formationes adijciuntur 77. Denique præcedẽtium vsus in inuestigatione thematis, verborumq; inflexione, ac in formatione reliquorum modorũ ab indicatiuo. 78
De futuri primi formatione. 80
Quæ verba quartæ sequantur secundam, & quæ tertiam, et quæ vtranque. 81. & 82.
Paradigma actiui barytoni. 83

De

De augmento syllabico & temporali. 85
De augmento verborum cõpositorum. 87
De dialectorum varietate in infinitiuorum terminationibus, & de his figura. 104
Participia Græca quomodo Latinè reddantur. 106
Paradigma passiui barytoni. 107
A primis personis in μαι & μην secundarum & tertiarum singularium deductio secundum idiomata, ac de his figura. 108
Perfecti passiui formatio per singulas coniugationes. 109
Formatio tertiæ pluralis à tertia singulari in η vel ᾳ, Ionicè & poeticè. 115
Imperatiui passiui formatio, eiusq; in dialectis varietas. 120
Verbum medium & cur ita dicatur, atq; in vocem mediam annotatiunculæ. 125
Perfecti medij formatio. 126
Vtriusq; aoristi ac vtriusq; futuri medij formatio. 128
De futuro primo quintæ cõiugationis. ibidem
De verbis circunflexis. 133
Vnde & quomodo fiant verba circunflexa, et quid proprium, quidq; cum barytonis habeãt commune. ibid.
Verborum circunflexorum coniugatio prima. 135
Secunda 141. Tertia. 146
Annotationes in circunflexa. 151
Quæ circunflexa retineant characteristicas ι, α, & ο in futuro, & quæ mutent in η & ω. 156
Verba in ίω, άω, όω, ίζω, άζω, αω, αίνω, ύνω, ύω, et ύω fieri à nominibus. 157
Verborum in μι deductio, figuratiuæ, reduplicatio, et quæ tempora in illis consideranda. 160
Verborum in μι formationes breuissimæ. 162
Verborum in μι coniugatio prima 164. Secunda 169. Tertia 172. Quarta. 176
Annotationes in verba in μι. 177
Mira poetarum in reduplicationis varietate licentia. 179
Passiua in μι characteristicam producentia. ibid.
De pronominibus. 189
De pronominibus secundum varias dialectos. 193

De *articulis & eorum vsu ac officio.* 197
Dialectorum varietas in articulis. 198
De *partibus indeclinabilibus.* 199
Annotationes in nomina, videlicet in Adiectiua 202. *Numeralia* 206. *Gradus comparationis* 208. *Comparationes irregulares* 209. *Verbalia à perfecto passiuo* 215. *à præterito medio & à verbis in ύω* 218. *Patronymica, possessiua, diminutiua & denominatiua ibid. In declinationes simplices* 222. *In contractiones* 225. *Poetarum licentia in nominibus cõtrahendis* 229. *Nomina heteroclita* 230. *Poetarum licentia in declinandis nominibus.* 235
Annotationes in verba, vbi hæc insunt præcipuè: Quæ sint cognata tempora. 237
De *augmento verborum* pleraque *scitu digna à pag.* 238. *vsque ad* 254.
De *indicatiui perfecto* 248.
De *plus quàm perfecto* 251.
De *aoristo primo* 254. De *aoristo secundo* 255. De *futuro* 257. De *imperatiuo* 259. De *optatiuo & subiunct. ibid.* De *indicatiuo vocis passiuæ* 260. De *perfecto* 261. De *aoristo primo* 262. De *optatiuo & subiunctiuo vocis passiuæ & præterito medio* 263. De *futuro secundo medio.* 264
Notanda de Atticorum contractionibus seu synalœphe. 266
Anomala in μι 270. De εἰμὶ, *quod est sum ibidem.* De εἶμι, *quod est eo* 273. De ἵημι, *quod est mitto.* 275. De ἵημι, *quod est cõcupisco* 279. De ἧμαι, *quod est sedeo* 280. De κεῖμαι, *quod est iaceo* 281. De ἴσημι, *quod est cognosco ibid.* De φημὶ, *quod est dico.* 282
Annotatiunculæ in verba in μι. 283.

INVESTIGATIO *Thematis, quæ hæc ferè complectitur: Verba quæ vltra imperfectum non cõiugantur.* 284 & 287.
Tempora ducta ab ἄγω. 287.
ἄγνυμι, *quod sumit tempora ab*

ra ab ἄγω: sic alia finita in γνύω aut γνυμι à γω. 289
Tempora quædam ab ἄδω. ibid.
Αἰσθάνομαι ab αἰσθέομαι: sic alia in άνω & άνομαι vt ex έω et έομαι. 293
ἁλίσκομαι ab ἁλόω & ἅλωμι. 295
De augmenti in quibusdam compositis varietate. ibid.
Ἀμφίεννυμι ab ἀμφιέω: sic reliqua in ννύω vel ννυμι ab ω, reiiciendo ννυ, quæcunque præcedat vocalis. 296
Tempora quædam ab ἀνοίγω. 304
ἀπρᾶλύω & ἀπρᾶλυμι ab ἀπρᾶλω & ἀπρᾶλίω. 305
ἀπίσκλικα, ἀπισκλικῶς, ἀπισκλικίναι et ἀποσκλαίη. ibid.
ἀρίσκω ab ἀρέω: sic alia in σκω & σκομαι tanquã ω & ομαι. ibid.
Αὔξω ab ἀυξέω: sic innumera barytona à circunflexis. 310
Ἀπήχρη ab ἀπρχρέω. 314
ἀφίᾳ, ἠφίᾳ & ἠφέιθη ab ἀφίημι. ibid.
ἄφυκτ & ἀφεύγω vt τέτυκται à πύχω. ibid.
Appendix: vbi agitur de ἄγαμαι, quod sumit tempora ab ἀγάζω vel ἀγάω. ibid. ἀγορεύω ab εἴρω, ἐρέω & ῥέω ῥῶ. 315.
ἀναίνομαι ab ἀνανέω. 316
αἱρέω & αἱρέομαι ab ἕλω & ἕλομαι. 316
Tempora quædam ab αἴρω. 317.
ἀπαυράω ab ἀπαύρω. 318
Βαίνω à βάω & βῆμι. 318
Βάλλω à βλέω. 320
Βιόω à βίωμι. 321
γαμέω à γάμω. 322
Verba in έω appetentiam actus significantia, facta partim à præsenti, partim à futuro aliorum verborum ibid.
γίνομαι & γίγνομαι à γενάομαι, γείνω, γείνομαι & γενιάω ibid.
γινώσκω à γνόω & γνῶμι. 323
δάκνω à δήκω. 325
δηκνύω & δεῖκνυμι à δέικω. 325
Tempora quædam à δέω. ibid.
δέομαι à δεέομαι. 325

δεῖ, δεῖν à δέω: δεήσει & ἐδέησε à δεέο. ibid.
δείδω à δεδίττομαι & δειδίττομαι. 328
Catalogus verborum syncopen passorum. ibid.
διδάσκω à διδάχω. 339
διδράσκω à διδράω & δίδρημι. ibid.
Appendix: δαΐω vel δαίω à δαέω, δάζω, & δάημι. 340
ἐγ' ᾦδα pro ἐγὼ οἶδα: ἐγ' ᾦμαι pro ἐγὼ οἶμαι. 341
Tempora quædam ab ἔδω. ibidem.
Εἴδω ab εἰδέω & εἴδημι. ibidem.
Εἰτὴν et εἶτον quî differant. ibidem.
ἐκέκραξα à κεκράσω: vbi demonstratur à præterito fieri præsens. 343
ἔρομαι ab ἐρέομαι. ibid.
ἑυρίσκω ab ἑυρέω. ibid.
ἔχω à σχέω, σχῆμι, & ἴσχω. 346
Tempora quædam & verbalia ab ἕω. 347
Appendix: ἐλαύνω ab ἐλάω. 349
ἔρχομαι ab ἐλεύθω. 350
ἦν δ' ἐγὼ & ἦδ' ὃς vnde fiant. ibid.
ἦσθα pro ἦς. ibid.
ἥσθην & ἡσθείην ab ἥδομαι. ibid.
θάπτω à τάφω. 351
θέλω vel ἐθέλω à θελέω vel ἐθελέω. ibid.
Catalogus τῶν διττολογουμένων, hoc est, eorũ quæ dupliciter dici possunt. ibid.
θνήσκω à θείνω, θνάω, τέθνημι & θνέω. 352
ἴδμεν pro ἴσμεν Doricè, vt ὀδμὴ pro ὀσμὴ. 354
ἱκνοῦμαι ab ἵκομαι. ibidem
ἵπταμαι à πτάω, πτέω, & ἵπτημι. ibidem
ἰστέον & ἰτέον vnde formentur. 355
καθεδοῦμαι à καθέζομαι. 357.
καθήσομαι à κάθημαι. ibid.
Appendix: Tempora quædã à καλέω. ibid.
κλάζω, à κλάγω & κλήγω. 358
κραίνω à κραιαίνω. 359
λαγχάνω, λαμβάνω, λανθάνω, μανθάνω à λήχω, λήβω, λήθω, μαθέω. ibid.
Tempora quædam ab οἴομαι. 361
θα Aeolicè adiectum personis in s. ibid.
Τε Ionicè abundans. ibid.
ὀμνύω & ὄμνυμι ab ὀμόω. ibid.

θ pro

θ pro δ Doricè. ibid.
ὀφείλω & syncope ὄφλω ab ὀφελέω & ὀφλέω ibid.
Appendix: ὀλλύω siue ὄλλυμι ab ὄλλω. 363
πάσχω à πήθω & πονέω. 364
πίπτω à πέτω, πτόω & πεσέω.
πίνω à πόω & πίω. ibidem
πυνθάνομαι à πεύθομαι. ibidem.
Duplex futurum in quarta cõiugatione ξω & σω. 365
Appendix: πέπτω à πέπτω. 368.
ῥέω à ῥεύω, ῥυέω & ῥύημι. ibidem
ρρ geminum in compositis. ibidem.
ῥηγνύω & ῥήγνυμι à ῥήγω. 369.
ῥωννύω & ῥώννυμι à ῥώω. ibidem.
σβεννύω et σβέννυμι à σβέω σβῆμι. 371
ἔσευα & ἐσύθην à σεύω. ib.
σπένδω à σπείδω. ibidem
Tempora quædam à συνίημι siue ξυνίημι Atticè. 372
συν & ἐν quomodo se habeant in compositione. ibid.
Item apud poetas ἀνὰ 375. κατὰ 377. ποτὶ Doricum pro πρὸς 380. πρά ibidem
Appendix: σόω à σῴω. 381
Quædam tempora à poetico σαώζω. ibidem
τέμνω à τμήγω. ibid.
τίκτω à τέκω. ibid.
τιτρώσκω à τρώω. 382
Reduplicatio in Barytonis. ibid.
τρέχω à δραμέω & δρέμω. ibid.
τρώγω à φήγω. ibid.
τυγχάνω à τεύχω & τυχέω. ibid.
ὑπισχνοῦμαι ab ὑποσχέομαι & ὑφίσταμαι. 385
φάναι quî differat à φᾶναι quod & φῆναι. 386
φέρω ab οἴω, ἐνέγκω, ἐνέχω, φῶ & φῆμι. ibid.
φθάνω à φθάω & φθῆμι. ibidem.
φθίνω à φθίω. ibid.
φύω à φῦμι. 387
χαίρω à χαρέω. 390
χάσκω à χαίνω. ibid.
Quædam tempora à χέω & ἐκχέω. ibid.
χρῆ, ἀπόχρη, ἔχρην, χρῆν & χρῆναι. ibid.
ὠθέω ab ὤθω. 392
ὦτα, ἑρμᾶν, μεγιστάν. ibid.
Thematis rimandi methodus. 393
Accentuum ratio ibid.
Syntaxeως ratio. 407

OPVSCV-

OPVSCVLVM de Praxi et vsu præceptorum Grammatices: in quo hæc continentur,

Præfatio, in qua notæ, quibus in eo libello vsi sumus, explicantur. 418

Latina ad verbum interpretatio ac breuissima scholia in Orationem Dominicam. 421

In Salutationem Angeli ad sanctissimã virginem 422

In symbolum sanctorũ Apostolorum. 424

In benedictionem mensæ & gratiarum actiones 427. & 428.

In Argumentũ & aliquot versus Tragicocomœdiæ Euripidis, quæ Orestes dicitur. 429

In argumentũ carmine iambico scriptũ, atque in nonnullos versus comœdiæ Aristophanis, quæ Plutus appellatur. 440

In quædam Hesiodi carmina sumpta ex principio illius opusculi, quod ἔργα καὶ ἡμέραι inscribitur. 450

In Argumentum & paucos versus primi libri Iliados Homeri. 458

In Argumentum tertij Idyl. Ij Theocriti, ac in totum illud Idyllium: in quo quantus sit breuissimum, tamen totius fermè Doricæ linguæ vsus perspicitur. 467

In primam Strophen, priorem q; Antistrophen ac vnũ Epodũ prioris Odæ Olympiorum seu Olympionicorum Pindari. 484

Spirituum ratio. 491

Abbreuiationes & literarũ perelegantes nexus. 510

Copiosissimus index temporum ductorum à verbis anomalis aut alijs, quorum themata rudioribus essent inuestigatu difficilia: atque etiam plurimarum dictionum compositarum, deriuatarum vel dialectis inuersarum, quæ in hoc opere explicantur, & ad quarum analogiam infinitæ aliæ in dies innouantur, vel legendis optimis authoribus formatæ inueniuntur, quæ tamen nullis vnquam vel locupletissimis lexicis continentur: vt huius Indicis adminiculo quicquid huiusmodi in thematis inuestigandi ratione fuerit difficile, ad caput vel thema primigenium possis reducere.

NICO-

NICOLAVS CLENARDVS FRANCISCO HOVERIO, LVDI LITERARII MODERATORI APUD MECHLINIENSES, S.



VM ante annos aliquot discipulis meis, quos priuatim docendos suscepe ram, Græcas literas trade re vellẽ, congessi in eam linguam breues admodũ institutiones, vt rudimentorũ candidatis instar enchiridii forent. Id opusculum anno superiore prælo committere studui, partim vt auditoribus nostris expeditior via sterneretur, partim vt desiderio tuo satisfacerem, cui necessitudinis nomine plurimum deberem. Verùm nec commoditas in præsentia dabatur typographi, et otium alioqui deerat, quantum lambendus ille partus requireret. Itaque his proximis diebus temporis partem nactus, et Rescio nostro benignè operas præbente, libellum ad limam reuocaui, iustoque auctuario locupletatum reddidi. Merito autem tibi dicandum duxi, vt hoc veluti testimonio Mechlinienſium iuuentuti gratularer,

tularer, quæ tàm diligentem sortita præceptorem, non ipsa modo in Græcis literis strenuè promouet, sed exteros quoque plurimos studiorum fama in ludum tuum pellicit: adeo vt non triuiali scholæ, sed celeberrimæ cuipiam Academiæ præesse videaris: industria paratis ædibus, quæ numero nostrorum gymnasiorum sint æmulæ. Faxit Deus, vt istæ auspicatissimus cursus magis ac magis in dies prosperetur: et quemadmodum Latinos discipulos optimè eruditos, ita iam incipias Græcanica literatura præditos, è nouis istis Athenis ad nos dimittere. Vale. Louanii, 17. Calend. April. Anno 1530.

GRAE-

GRAECORVM LITERAE.

Α α	ἄλφα	Alpha	a
Β β ϐ	βῆτα	Vita	u
Γ γ	γάμμα	Gamma	g
Δ δ	δέλτα	Delta	d
Ε ε	ε ψιλὸν	Epsilon	e
Ζ ζ ϛ ξ	ζῆτα	Zita	z
Η η	ἦτα	Ita	i
Θ ϑ θ	ϑῆτα	Thita	th
Ι ι	ἰῶτα	Iota	i
Κ κ	κάππα	Cappa	c
Λ λ	λάμϐδα	Lambda	l
Μ μ	μῦ	My	m
Ν ν μ	νῦ	Ny	n
Ξ ξ	ξῖ	Xi	x
Ο ο	ο μικρὸν	o micron	o paruum
Π ϖ π	ϖῖ	Pi	p
Ρ ϱ	ῥῶ	Rho	r
Σ σ ς	σῖγμα	Sigma	ſ
Τ τ	ταῦ	Tau	t
Υ υ	υ ψιλὸν	Ypſilon	y
Φ φ	φῖ	Phi	ph
Χ χ	χῖ	Chi	ch
Ψ ϕ	ψῖ	Pſi	pſ
Ω ω	ὦ μέγα	Omega	o magnum.

Maiuscularum literarum vsus.

Literæ minusculæ. Figurarum ϱ & ſ sedes.

Quatuor huius pagimæ columnarum prima ad lęuam continet elementorum figuras, primo quidem loco maiusculas, quibus vti solent in scribendis nominibus propriis, initijs periodorum & versuum, ac titulis siue inscriptionibus librorum: deinde sequuntur minusculæ, quibus vbique vtuntur, etiam vbi maiusculæ locum habent, nisi in principijs orationum: ϱ tamen & ſ in fine tantùm ponuntur. Secunda ac tertia columna continent nomina literarum: secunda quidem Græcis characteribus, tertia verò Latinis in rudiorum gratiam. Porro quarta columna ad dexteram, elementorum potestatem siue valorem complectitur, quo pacto scilicet debeant enuntiari. De qua re variæ sunt hodie ac multiplices Grammaticorum opiniones, dum quidam curiosè nimis ad antiquam pronuntiandi rationem omnia volunt reuocare: cùm tamen ipsi prorsus incerti sint quo pacto prisci illi hæc pronuntiarint: & coniecturæ sint admodum ieiunæ. Illis itaque non est fides adhibenda, nisi prius priscorum aliquem ab inferis excitarint. Quare adolescentes huiusce rei cupidos (cum hæc omnia potius viua voce, quàm librorum lectione possint percipi) ad doctos Græcarum literarum professores remitto. Qui vero illis destituantur, & proprio Marte linguam Græcam discere coguntur, pronuntient elementa Græca more Latinorum Græcis in hac tabella respondentium. Ceterum in quibus discrepent paucis perstringam. ß profertur vt u consonum, sed illius sonus magis accedit ad b, quàm ad ſ. γ hodie omnino profertur vt g: quidam tamen ante ε, η, ι, & similes, efferunt vt Latini suum g ante a, o, vel u: aliquando pronuntiatur vt n, vt videbis apud CLENARDVM in sequentibus. ð profertur hodie à doctis blesius quàm dnostrum, nempe lingua posita inter dentes cum quodam sibilo; ego malim vt d Latinum pronuntiare. ζ de-

Literarum pronuntiatio vnde petenda.

Potestas siue pronuntiatio quarundam literarum.

ß

γ

ð

ζ

bet

bet ſonum literarum δσ non σδ retinere, vt ξ, κσ, & ψ, πσ, non autem σκ, σπ. η, ι, & υ, atque diphthongi ει, οι, ῃ, & ῃ ſonant hodie vt i vocale apud Latinos: conſonantis verò nunquam naturam induunt: propriè tamen vnicum ι deberet reſpondere noſtro i: η verò & ῃ magis accedere ad ſonum e: ſic υ & ῃ ad ſonum u, vt à Gallis profertur: in ϙ autem & οι debuerat vtraque vocalis aliquo modo audiri. ϑ debet prolatione à τ & δ diſcerni. nam magis ſibilat & ſpumoſiori ſpiritu effertur. κ ante ε, η, ι, &c. ſonat vt ante α, nempe vt k vel q. ξ vt cs, non vt è noſtris quidam proferunt x in (exercitus) & ſimilibus, dicentes egzercitus pro ecſercitus. ο & ω hodie prolatione non diſtinguuntur, veluti neque α breue & α longum. σ vt ſ in (ſum) etiam inter duas vocales, non vt noſtri faciunt, qui miſer, mizer proferunt. φ effertur hodie vt f: tamen illius ſonus ad prolationem p debet accedere. χ ante ε, η, &c. vt ante α.

η, ι, υ.
ϙ, οι, ῃ, ῃ.
ϑ
κ
ξ
ο, ω.
σ
φ
χ

Vocales longæ η, ω. Breues ε, ο. Ancipites α, ι, υ: quæ et communes dicuntur, quòd modò ſint longæ, modò breues.

Septem vocalium diuiſio.

DIPHTHONGI.

Propriæ,	Impropriæ,
αι, αυ, ϙ, ευ, οι, ϋ.	ᾳ, ῃ, ῳ, ηυ, ῃ, ωυ.
æ, au, i, eu, i, u.	a, i, o, iu, i, ou.

In αυ, ευ, ηυ, ωυ, pronuntiatur υ, vt u [1]conſonans. 1

Vocales præpoſitiuæ α, ε, η, ο, ω, propterea quòd in diphthongis præponantur. Subiunctiuæ autem ι, υ, quòd ſubſequantur. Faciunt verò per ſe ſyllabam,

Altera vocalium diuiſio. Annotatio de ῑ & ῡ in diæreſi.

quoties duobus in apice punctis notantur παΐς païs, *puer vel puella*, disyllabum: ἄϋπνος aypnos, *insomnis*, trisyllabum. Ceterùm in tribus α, η, ω, iota non ad latus affigitur, sed infrà subscribitur.

Annotatio de ι, siue puncto subscripto.

υ quomodo pronuntietur in diphthongis.

1 Vt si ex dictione Latina (aue) reiciatur e, atque in au, retineatur pronuntiatio, quæ erat in integro, aue. Rectius, meo quidem iudicio, faciunt, qui υ hic pronuntiant vt u in diphthongis Latinis au, eu, audio, euge. Porrò diphthongus ευ non profertur, vt Galli proferunt u Latinum in dictione (dominus) sed veluti ou in dictionibus 2 Gallicis (nous, vous) aut vt u ab Italis effertur. 2 Supple, Quamuis dictum sit dici subiunctiuam, quòd subsequatur.

1 Mutæ { Tenues π, κ, τ. / Mediæ β, γ, δ. / Aspiratæ φ, χ, θ.

Consonantium diuisio.

2 ζ σδ.

3 Duplices { ξ κσ, γσ, χσ. / ψ πσ, βσ, φσ.

4 Liquidæ siue immutabiles quatuor, λ, μ, ν, ρ.

Mutæ quare dicantur Tenues, Mediæ vel Aspiratæ: & earum affinitas.

1 Mutæ appellantur aut Tenues, aut Mediæ, aut Aspiratæ quadam relatione, non quidem habita ratione vnius tenuis ad alteram tenuem, sed tenuis π, ad mediam β, & aspiratam φ. nam hæ tres magnam habent inter se affinitatem, & facilè vna migrat in alteram, quippe quæ eodem instrumento vocis proferantur, nempe labiorum adminiculo, atq; sola spiritus intensione vel remissione differant. nam in prolatione φ, maximam spiritus copiã, in π minimam, in β mediocrem adhibemus. Eadem est ratio

secundi

secundi ordinis mutarum κ, γ, χ, quæ palati, ac tertij τ, δ, θ, quæ dentium auxilio proferuntur. Quod dico verum esse deprehendetur, si vnicuique ordini præponatur vocalis, hoc modo, απ, αβ, αφ: & ακ, αγ, αχ: atque ατ, αδ, αθ. 2 *Hinc colligunt quidam δ debere proferri blesius quàm d Latinum: & in prolatione ζ, sonum σδ debere aliquo modo retineri. Adde quòd Dores confunderent ζ cum σδ, & verba in ζω per σδω efferrent. Verùm ego illis potiùs assentior, qui per literarum metathesin id fieri asseuerant, σδω pro δσω: atque idcirco malim ζ, δσ, quàm σδ valere. Aeoles autem verba in σσω efferunt per ζω: vnde ζ creditur valere non solùm σδ, sed etiam duplex σσ.* 3 *Ξ magnam habet cognationem cum secundo mutarum ordine κ, γ, χ. nam sæpe ex illis conflatur, aut in eas dissoluitur, vt satis constat ex verbis in κω, γω, χω, quorum futurum habet ξω, pro σκω, γσω, χσω: & ex nominibus finitis in ξ, quorum genitiuus est κος, γος, χος, non ξος. sic se habet φ cum π, β, φ, primo mutarum ordine.* 4 *Appellantur Liquidæ eadem ratione qua apud Latinos l, m, n, r: quòd post mutam positæ quasi liquescentes ac euanescentes vim consonantis interdum amittant, neque vocalem præcedentem longam efficiant, vt aliæ consonantes. Immutabiles autem dictæ sunt, quòd non tam facilè mutentur quàm aliæ consonantes in inflexionibus nominum et verborum, sicuti planum fiet ex sequentibus.*

2 Annotatio de δ, ζ, & σδ. Dorismus, σδ, pro ζ.

Aeolismus, ζ pro σσ.

3 ξ

4 φ Liquidæ quare sic vocentur.

Immutabiles cur quoque dicantur.

DE ORTHOGRAPHIA et Consonantium nexu appendix.

Quoniam ex consonantium mutua quadam affinitate vel odio, vt ita dicam, pene infinitæ literarum mutationes oriuntur, dum scilicet duæ aut tres consonantes non possunt inter duas vocales, vel in principio dictionis ante vocalem propter mutuum odium consistere,

Consonantium mutatio vnde oriatur.

Consonantium nexus.

cùm cognatæ propter mutuam inter se affinitatem gaudeant coniungi & inuicem combinari, volui paucis perstringere quæ consonantes simul posſint inter duas vocales vel in principio dictionis collocari, & quæ non: ac si inter duas vocales reperiantur, num ad præcedentem, an ad sequẽtem syllabam, illarum prior pertineat, vt in τύπτω, id est, verbero, num π, syllabam præcedentem, τύ, an sequentẽ τω, sequatur. Quæ res profectò est animaduersione digna: cùm ad veram orthographiam non parùm conducat, & ad intelligendas tam in nominibus quàm in verbis varias consonantium inter se mutationes pene necessaria videatur. Primò itaque sciendum, quòd si duæ mutæ debeant simul poni, vt vna alteram consequatur, necessariò tenuis præcedet tenuem, vt τέτυπται, verberatus est, pro τέτυφται: vel propriam aspiratam, vt Σαπφὼ, Sappho, pro Σαφφὼ: & media mediam, vt ἕβδομος, septimus, non ἕπτομος, licet veniat ab ἕπτα, id est, septem, ὄγδοος, octauus, non ὄκτοος, ab ὀκτὼ, octo: atque aspirata aspiratã, vt ἐτύφθην, verberatus sum, pro ἐτύπτην. non tamen quæuis tenuis quamuis tenuem, aut media mediam, vel aspirata aspiratam antecedet. nam τ, δ, θ, nunquam primum inter affines, sed semper secundum locum occupant, vt ex τίκω quidem, inserto per pleonasmum τ ante ω, & mutato ι in ι, dicam τίκτω, id est, pario, vbi τ sequitur aliam tenuem κ: in πίκω verò, posito π ante ω, non posum dicere πίτπω: nam τ præcederet aliam tenuem, quod fieri non potest, itaque dicendum πίπτω, id est, cado, vbi τ secundum locum occupat. Prætereà vnaquæque tenuis, vel media potest seipsam præcedere: vt ἵππος, equus: ἐκκλησία, ecclesia, cultus: γλῶττα, lingua: ἄββαλεν pro ἀνέβαλεν, reiecit: ἄγγελος, nuntius: ἄδδην, satis. aspirata verò nunquam seipsam præcedit: non enim dicere posumus Σαφφὼ, sed Σαπφὼ. Hoc quoque sciendum, quaslibet duas mutas inter duas vocales positas (modo eadem

NB Mutarum cõnectẽdarum ratio.

πτ pro φτ.
πφ pro φφ.
βδ pro πδ.
γδ pro κδ.
φθ pro πθ.

τ, δ, θ, quo loco ponantur.

κτ.
π non ττ.

Quæ mutæ geminentur & quæ non.

Duæ mutæ inter duas vocales ad c

eadem non geminetur, vt ἵππος, aut tenuis aspiratam præcedat, vt Σκιπφώ) ambas ad sequentem syllabam pertinere, vt τύ-πτω: præter γδ, vt quibusdam placet, qui nituntur regula generali, quæ ait: Duas aut tres consonantes nunquam ad syllabam sequentem pertinere, nisi aliqua dictio Græca incipiat ab illis consonantibus: si verò illæ reperiantur in principio alicuius vocabuli, quum erunt inter duas vocales, semper ad syllabam sequentem pertinebunt, nisi in compositione: vt in τύπτω, verbero, & ἄστρον, astrum, πτ & στ pertinent ad syllabas sequentes: quia multæ dictiones Græcæ incipiunt à πτ, & στ: vt πτῶμι, volo volas, & στρέφω, verto, & aliæ multæ. In compositione verò, vt ἐκ-ρέω, effluo, ab ἐκ & ῥέω, κ pertinet ad præcedentem ratione compositionis: quamuis κ & ρ inueniantur in principio multarum dictionum, vt κρατέω, potens sum, &c. imò vnica consona ratione compositionis ad præcedentem syllabam pertinebit, quum inuenietur inter duas vocales, vt in ἄγω, educo, ξ pertinet ad præcedentem. nam dictio componitur ab ἐξ & ἄγω. Ceterùm nullum vocabulum Græcũ incipit à γδ: ideo iuxta eorum sententiam, γ trahetur ad syllabam præcedentem. Et hactenus de mutis: pergamus ad duplices, liquidas, et σ. Duplices nunquam inueniuntur in principio dictionis coniunctæ cum aliqua consonante. Itaque in medio dictionis positæ inter duas vocales cum aliqua consonante, non possunt coniungi, ita vt ad syllabam sequentem pertineant, vt in ἕλξις, tractus, & ἕξπους, sex pedum, λξ & ξπ non possunt trahi ad syllabam sequentem, quare diuidantur necesse est, ἕλ-ξις, ἕξ-πους. Idem iudicato de alijs. Liquidæ λ, μ, ν, ρ consonantem præcedentes, vt ἄρτος, panis, nunquam ad syllabam sequentem pertinent, præter μν, vt μνᾶ, mna, mina, ἀ-μνὸς, agnus. Quum verò consonantem sequuntur, illæ & consona præcedens ad syllabam sequentem trahuntur, vt πα-τρὸς, patris, modò non sequantur aliam liquidam: nam tum

quam trahantur.

γδ

Regula generalis de consonantium connexu.

πτ, στ.

Compositionis vis in consonantium, aut consonantis distinctione, vt ἐκ-ρέω ἐξ-άγω.

γδ, nunquã dictionis initium.

Duplex cum alia cõsonante nunquam connectitur. Liquidæ cum alia consonãte nectendæ, aut ab ea distinguendæ ratio.

μν nexus.

diuiduntur, præter μν, vt dictum est, veluti ἄρ-μα, cursus. Si verò sequantur duas consonantes quæ per se tra-
herentur ad syllabam sequentem, cum liquida coniunctæ
ad sequentem quoque omnes trahentur, vt ἄ-στρον. nam
σ & τ ad sequentem pertinerent, vt patet ex πλη, co-
lumna. Quidam hinc excipiunt σθλ, vt ἐ-σθλὸς, bonus:
quia nullum vocabulum Græcum incipit à σθλ: quam-
uis σθ interdum in principio dictionis inueniantur, vt
σθένω, possum, et ideo ad syllabam sequentem pertineat,
quum inter duas vocales solæ reperiuntur, vt ἀ-σθενὴς,
debilis. Idem iudicium est de σθμ, vt ἄ-σθμα, anhelitus.
nulla enim dictio incipit à σθμ. Tamen regula illa gene-
ralis suprà posita (quod bona illorum venia dixerim) eos,
qui illa nituntur, aliqua ex parte fallit. nam quamuis
verum esse, sicuti est, fatear, consonantes quæ in princi-
pio coniunguntur, in medio quoque, nisi compositio ob-
stet, debere coniungi: veruntamen regulæ conuersæ non
possum assentiri, nempe consonantes in medio diuiden-
das, quæ in principio non inueniuntur coniunctæ. nam
si hoc esset verum (cùm θμ nunquam in principio inueni-
antur) βα-θμὸς, gradus, & ἄ-σθμα, necessario sic diuide-
rentur, βα-θ-μὸς, ἄ-σθ-μα, quod & absurdum est, et om-
nium Grammaticorum canonibus contrarium, qui vno
ore affirmant, Nullam syllabam in aspiratam desinere.
Quare meo quidem iudicio γδ, σθλ, & σθμ poterunt cō-
iungi, ὁ-δός, ἐ-σθλὸς ἄ-σθμα. Nunc dicendum quas
consonantes liquidæ possint præcedere ac sequi, & quas
nō: ac primo quidem vnaquæque liquida seipsam præce-
dit & sequitur in medio dictionis: in principio verò aut
fine, nulla prorsus consona geminatur. Porrò λ præce-
dit omnes consonantes præter ζ, ρ, ψ: sequitur autem om-
nes mutas præter δ: sed duplices aut σ nunquam sequi-
tur. μ præcedit tantum tres mutas π, β, φ, vnam duplicē
ψ, et vnam liquidam ν: sequitur sex mutas κ, γ, χ, τ, δ, θ,
(sed χ non nisi rarissimè) duas liquidas λ, ρ, & σ: alias
conso-

A σθλ nulla dictio incipit.

σθμ nunquā in principio dictionis.

Regulæ, de consonantiū nexu, pars altera confutatur.

A θμ dictio non incipit.

Nulla syllaba in aspiratam desinit.

Liquidæ cum alijs consonantibus.

Literæ geminatæ non connectuntur.

λ

μ

consonantes nunquam aut præcedit aut sequitur. ν *præcedit tantùm tres mutas* τ, δ, θ, *& σ: alias consonantes nunquam: sequitur verò omnes mutas præter* β, *omnes quoque liquidas: duplices verò aut* σ, *nunquam.* ρ *præcedit omnes consonantes, præter* ζ, λ: *sequitur autem omnes mutas, at post alias consonantes nunquam inuenitur. Et hæc de liquidis. Porro* σ *tantummodo mutas &* μ *præcedit, atque cum eis ad syllabam sequentem trahitur: sequitur verò solùm tres liquidas* λ, ν, ρ, *idque rarò: cum alijs autem consonantibus nunquam connectitur: ipsum tamen sæpe geminatur,* γλῶσσα, *lingua.*

ν

ρ

σ *cum alijs consonantibus.*

CANONES PRONVNTIATIONIS.

Accentus tres: Acutus ˊ Θεός Theós, *Deus:* λόγος lógos, *sermo:* τύπτομεν týptomen, *verberamus.* Grauis ˋ τιμὴ timì, *honor.* Circunflexus ˜ ποιῶ piô, *facio:* βοᾶτε voâte, *clamatis.* Acutus et circunflexus attollunt syllabam quam afficiunt, grauis deprimit.

Accentus. *Acutus.* *Grauis.* *Circũflexus.*

Spiritus duo, Asper siue densus ˔ ἅμα hama, *simul.* Lenis siue tenuis ᾽ ἐγὼ ego, *ego.* Semper autem vocalis aut diphthongus initio dictionis alterum posidet è spiritibus. P Consonans ρ in principio quidẽ aspiratur, ῥώμη, rhomi, *robur*: in medio verò si geminetur, priore loco leuigatur, posteriore aspiratur, ταῤῥῶ, porrho, *longè.*

Spiritus. *Asper.* *Lenis.* *Spirituũ sedes vocales, diphthongi & ρ in principio, ac ρ ρ geminum in medio dictionis.*

P *Non semper in principio aspiratur, vt Author ait:*

ρ initiale quando leuigetur.

Nam si secunda quoque syllaba incipiat à ρ in aliquo nomine, tum primum ρ leuigatur vt ῥᾳρίας, ῥάριον, ῥάρ☞, ῥωρὸς, Ceres, puer, robustus, vehemens. Verum nulla præter hæc quatuor inueuies. Ceterum ρ simplex in medio dictionis (de quo Auctor nihil loquitur) nullo spiritu notatur, sed intelligitur habere tenuem: tamen apud poetas in optimis exemplaribus interdum inuenies vnicum ρ cum spiritu aspero in media dictione: sed id fit solum, dum poetæ metri gratia ex gemino ῥῥ primum subtrahunt, vt ἀῤῥικῶν, pro ἀῤῥικῶν, imperfectum: & sic de alijs.

ρ mediæ dictionis quem spiritum habeat.

Vnicum ρ quando aspiretur in medio.

Apostrophus.

Apostrophos, nota est reiectæ vocalis, 1 α, ε, ι, ο: aut diphthongi αι, οι: quod fit 2 ob sequentem vocalem, 2 quæ si aspiretur, migrat præcedens tenuis in aspiratam, πάντα ἔλεγον, *omnia dixi*, πάντ᾽ ἔλε- 3 γον, pandelegon (3 prolatio enim est in morem vnicæ dictionis) ἀπὸ ὅ, *à quo*, ἀφ᾽ ὅ: κατὰ ὅ, *contra quem*, καθ᾽ ὅ: νύκτα ὅλην, *noctem totam*, νύχθ᾽ ὅλην.

π κ τ in φ χ θ

Vocaliũ per apostrophum reiectarum quantitas. αι & οι quãdo breues.

1 Vocales quæ per apostrophum reiiciuntur, aut sunt natura breues, vt ε, ο: aut ancipites correptæ α, ι: aut diphthongi αι, οι, quæ in ratione accentuum habentur in fine pro breuibus, & apud poetas sæpe corripiuntur, dum sunt finales. Longa enim per apostrophum non eli- 2 ditur. 2 Si vocalis, inquit, sequentis dictionis notetur spiritu aspero, & reiecta vltima vocali præcedentis dictionis, remaneat in illius fine aliqua tenuium mutarum π, 3 κ, τ, migrabunt tenues in proprias aspiratas φ, χ, θ. 3 Reddit rationem quare scripserit literis Latinis pandelegon vnica dictione, cùm in Græco sint duæ: quia, inquit, in huiusmodi apostrophis prolatio duarum dictionum est in morem vnicæ, imo (quod magis mirabere) consona præcedenti-

cedentis dictionis vltima pertinet ad syllabam sequentem, non ad præcedentem, vt ἀ=φ᾽ ἕ, neq; solùm vltima, sed etiam penultima, modò possit cõiungi cum vltima, vt, νύ·χθ᾽ ὅλην. nam χθ facilè (vt in superioribus dictũ est) coniunguntur: sed in πάν=τ᾽ ἔλεγον, ν trahitur ad præcedentẽ. nam ντ non coniunguntur. Ratio quare ad sequentem ita trahantur, est, quia prima sequentis dictionis vocalis succedit in locum abiectæ. æquum est igitur vt consonantes quæ ad vocalem abiectam referebantur, nũc ad vocalem sequentem trahantur, & non ad præcedentẽ: ex hoc enim absurdum sæpenumero sequeretur syllaba in aspiratam desinente, vt in ἀφ᾽ ἕ & νύχθ᾽ ὅλην: quod nunquam in purè Græcis potest contingere. nam ἰωσὴφ, ἐνὼχ & ῥοὺθ, Ioseph, Enoch & Rhuth, Hebraica sunt et non Græca, pro quibus Græci dicerent ἰώσηφος, ἔνωχος, ῥοῦθα, & Latini Iosephus, Enochus, Rhutha. Porrò in ὀχ ὗτος, nonne ille, & similibus, χ trahitur ad syllabã sequentem, quanuis apostropho nõ notetur: re vera tamen apostrophi nota intelligitur, & ὀχ pro ὀχὶ dictum est. solet enim interdum apostrophi nota abijci, vt διὸ pro δὶ ὃ, ideo: καθάπαν pro καθ᾽ ἅπαν, omnino: καθάπαξ pro καθ᾽ ἅπαξ, prorsus: καθάπερ pro καθ᾽ ἅπερ, quemadmodum ἀνθῶν pro ἀνθ᾽ ὧν, eò quòd: quæ exempla satis manifestè declarant, cõsonantes syllabæ apostrophum passæ ad sequentis dictionis vocalem pertinere. nullus enim nõ videt in ἀνθῶν, θ nectendum cum ω, ἀν=θῶν, & non cum α, ἀνθ=ῶν. Dictiones quoque monosyllabæ quod dicimus, necessariò verum esse per se satis indicant, vt σὲ, te, σ᾽ ἐγὼ, te ego: vbi σ non potest nisi ad syllabam sequentem trahi. Hæc pluribus sum prosecutus, quòd viderem ab omnibus ferme Typographis, qui orthographiæ maximè student, id aliter obseruari. Illis verò imponit compositionis regula perperam intellecta. cùm enim videant ab omnibus vno ore receptum esse, vt vltima consonans harum præpositionum, ἐν, εἰς, ἐξ, πρὸς, σὺν, ὑπὲρ in compositione

Consonantes syllabæ apostrophũ passæ, ad quam vocalem pertineant.

Quæ desinũt in aspiratã, Græca non sunt.

ὀχ pro ὀχί. Apostrophi nota abiecta.

Typographi orthographiæ obseruatores.

tione ante vocalem positarum, non ad sequentem, sed ad præcedentem vocalem ratione compositionis trahatur (vt ἐν-άσω, induco: εἰσ-άγω, introduco: ἐξ-άγω, educo: προσ-άσω, adduco: συν-άσω, conduco, id est, simul duco: ὑπερ-άσω, supero) credunt eandem esse rationem in πρᾶσω, transeo: κατάγω, deduco, & similibus, & à fortiori in apostropho, vt ἐπ' ἐμοὶ, in me. Verum ratio non est eadem. nam in ὑπεράγω, ρ iungitur cum ε: quia ante compositionem cum eo iungebatur. in πρᾶ vero, ρ non adhæret cum πα, sed cum α finali: quare in compositione aut apostropho, non cum πα, sed cum vocali quæ in locum τοῦ α succedit, connectetur. Et de his hactenus. Obiter tamen & illud addam, vocalem acutam quæ per apostrophum abijcitur, in nominibus quidem retrahere accentum in penultimam. δεινά, δεῖν' ἔπη, grauia verba: in alijs vero dictionibus vna cum vocali accentus quoque abijcitur, ἀτὴρ, ἀφ' οὗ,

ρ in ὑπερ-άγω, cum præcedenti syllaba, in παράγω, cum sequenti nectitur.

Num accentus vocalis abiectæ abijciatur.

Diuersa quarundam literarum pronuntiandi ratio.

[1] Gamma γ ante γ, ξ, χ, sonat perinde vt n: ἄγγελος angelos, *nuntius*: λύγξ lynx, *singultus vel lynx fera*: ἔγχος enchos, *hasta*, sic ante κ sed ipsum κ sonandum vt g, πέφαγκα pephanga, *apparui*.

γ vt n.

κ vt g.

τ vt d.

Tau τ post ν vt d: τὴν Τάνταλον ton Dandalon, *Tantalum*.

ν vt m.

Ny ν ante β, μ, π, vt m: τὴν βίον tom vion, *vitam*: τὴν μερίδα tim merida, *particulam*: τὸν πίθον tom bithon per b, *dolium*.

π vt b.

Pi π post μ, vt b Latinum, πέμπω pem [2] bo, *mitto*. Itidem post ν [2] in diuersis dictionibus: τὸν πίθον tom bithon *dolium*.

[1] *Credo Græcos olim non ita γ ante κ, γ, χ, ξ, protulisse:*

se: sed potius scripsisse γ pro ν ante has literas, quia ν proferrent vt γ: vel certè quòd ν natiuum sonum hic non retineret. est enim ν difficillimæ pronuntiationis, si ponatur ante aliam consonantem, vt licet ex præpositione Latina con in compositione conijcere. Qui linguam Hebræam callent, hoc apertius norunt: vix enim apud illos reperias n ante aliam cosonantem, sed ferè semper illud mutant in consonam quæ sequitur, vt faciunt Latini in collaudo. imò Græci (vt ante diximus) nunquam ponunt ν ante aliam consonantem in eadem dictione, nisi ante aliud ν, & ante tertium ordinem mutarum τ, δ, θ, & aliquando ante σ: sed mutant ν in aliquam aliam consonantem, vel illud omnino elidunt, vt poteris colligere ex σὺν, cum, & ἐν, in, in compositis: de quibus copiosè Clenardus in tractatu de Inuestigatione thematis in voce συνῤῥήγνυμι, confringi. Interdum verò aliã consonam inserunt, vt ἀνδρὸς, viri, pro ἀνρὸς. 2 Modo diuersæ illæ dictiones punctо non diuidantur. nam si dictio periodum claudens desinat in ν, & prima litera alterius sententiæ sit π, hæc regula non habebit locum, neque etiam præcedentes, si simile quidpiam contigerit, imò è doctioribus multi hodie diuersam hanc literarum γ, κ, τ, ν, π, pronuntiandi rationem neque obseruant, neque obseruandam censent.

1 *γ pro ν positiũ, & quare.*

Hebraismus.

Collaudo pro conlaudo.

ν non præcedit vllã consonantẽ præter ν, τ, δ, θ, σ: ante alias aut mutatur, aut elidit, aut tertia consonãs inseritur.

2

Insueta literarum pronuntiatio vbi locum habeat.

PARTES ORATIONIS OCTO.

1

Nomen, Verbum, Participium, Pronomen, Articulus, Aduerbium, Coniunctio, Præpositio.

Casus quinque.

Annotatiunculæ in partes orationis per casus declinabiles.

Nominatiuus, Genitiuus, Datiuus, Accusatiuus, Vocatiuus, siquidem Ablatiuo Græci carent.

Nume-

Numeri tres.

Vsus numeri dualis.

2 Singularis, Dualis, Pluralis. 2 Vtimur
3 duali, quum de duobus est sermo. 3 In
duali vox eadem nominatiui, accusatiui, et vocatiui: itidem genitiui et datiui. 5
Sic in plurali semper nominatiuus idem
cum vocatiuo.

Orationis partes, et earum accidentia, Græcè & Latinè.

1 Libuit hoc loco partes orationis atque earum accidentia Græco sermone subijcere: vt Græca Græcè posßis inflectere, neque Latinas accidentium voces cogaris admiscere. Octo igitur orationis partes sic à Græcis appellantur, ὄνομα, ῥῆμα, μετοχὴ, ἀντωνυμία, ἄρθρον, ἐπίῤῥημα, σύνδεσμος, πρόθεσις: nomen, verbum, &c. vt in textu numerarantur. Accidentia declinabilibus communia sunt, εἶδος πρωτότυπον καὶ παράγωγον: *species* primitiua & deriuatiua: σχῆμα ἁπλοῦν, σύνθετον, καὶ παρασύνθετον: *figura* simplex, composita & decomposita: tamen figura decomposita, id est, quum dictio deducitur ab alia composita, non habet locum in pronomiminibus aut articulis: neque etiam species: in articulis, nisi velis deriuare postpositium à præpositiuo: ἀριθμὸς ἑνικὸς, δυϊκὸς, καὶ πληθυντικὸς: *numerus* singular. dual. & plural. πρόσωπον πρῶτον, δεύτερον, τρίτον: persona prima, secunda, tertia: sed persona magis pronomini et verbo quàm alijs conuenit. Porrò partibus, quæ per casus declinantur, accidentia communia sunt, γένος ἀρσενικὸν, θηλυκὸν καὶ οὐδέτερον: genus mascul. fœmi. & neutrum: adde nomini κοινὸν καὶ ἐπίκοινον: commune et promiscuum: πτῶσις εὐθεῖα ἢ ὀνομαστικὴ, γενικὴ, δοτικὴ, αἰτιατικὴ, καὶ κλητικὴ: *casus* rectus siue nominatiuus, genitiuus, datiuus, accusatiuus, & vocatiuus: articuli tamen vocatiuum non habent. Verbo communia cum participio sunt: χρόνος ἐνεστὼς, παρατατικὸς, παρακείμενος, ὑπερσυντελικὸς, ἀόρι-

Species.

Figura.

Numerus.

Persona.

Genus.

Casus.

Tempus.

ἀόριστον, καὶ μέλλων: tempus præsens, imperfect. perfect. plus quàm perfect. indefinitum, & futurum: γένος ἐνεργητικὸν, παθητικὸν, ἀδιάφορον, κοινὸν ἢ μέσον, καὶ ἀποθετικὸν: genus actiuum, pass. neut. commune siue medium, & deponens. Verbum vero sibi soli vendicat ἔγκλισιν ὁριστικὴν, προστακτικὴν, εὐκτικὴν, ὑποτακτικὴν, καὶ ἀπαρέμφατον: modum indicatiuum, imper. optat. subiunct. & infinitiuum. Sed de his hactenus. 2 Posſumus tamen vti plurali, quamuis de duobus tantummodo fiat sermo: atque non raro inuenies poetas in eadem periodo nũc hoc nunc illo numero vsos: imò substantiuum interdum in vno, adiectiuum in altero numero collocant. idem iudicato de relatiuo cum suo antecedente, ac de verbo cum suo nominatiuo. Ceterum confusus hic dualis ac pluralis numeri vsus habet tantummodo locum quum de duobus sermo habetur. si enim de pluribus verba fiant, non posſumus dualẽ admiscere, sed solo plurali erit vtendum. 3 Assignat hic generales quasdam regulas communes omnibus orationis partibus, quæ per casus inflectuntur. his si placet adjice sequentes. Genitiuus pluralis semper desinit in ων. Accusatiuus pluralis in s, nisi in neutris. Genitiuus & datiuus duales in οιν, vel αιν, nisi in tribus pronommib. primitiuis, de quibus posteà: & in quarta declinatione, quæ mutat οιν tertiæ in ων. Datiuus pluralis fit à datiuo duali migrante ν in s, nisi in quinta declinatione, & tribus illis pronominibus. Accusatiuus singularis finitur in ν cum vocali nominatiui, nisi in quinta, & tribus pronominibus, ac neutris quibusdam, quæ accusatiuum nominatiuo similem habent iuxta regulã neutrorum, quam assignat Clenardus in tertia declinatione. Item adiectiua neutra suis masculinis sunt similia in genitiuis & datiuis singularis ac pluralis numeri, atque in toto duali. Ceterum de datiuo singulari finito in ι aut in diphthongum impropriam α, η, ω, vide Auctorem in Annotationibus in declinationes simplices.

Genus.

Modus.

2 Pluralis pro duali, non contrà.

3

Annotationũculæ.

Latis

Articuli præpositiui.

Latini inter declinandum vsurpant hic, hæc, hoc: Græci verò articulum ὁ, ἡ, τό: quem vocant præpositiuum, quòd nominibus præponatur. Inflectitur autem sic: Masculinus. Masculi. Singul. Nominatiuus ὁ, hic. G. τοῦ, huius. D. τῷ, huic. A. τὸν, hunc. Dual. N. et A. τὼ, hi et hos, de duobus. G. et D. τοῖν, horum et his, de duobus. Plur. N. οἱ, hi. G. τῶν, horum. D. τοῖς, his. A. τοὺς, hos.

Fœmininus.

Fœmin. S. ἡ, τῆς, τῇ, τὴν. D. τὰ, ταῖν, P. αἱ, τῶν, ταῖς, τὰς.

Neuter.

Neut. S. τό, τοῦ, τῷ, τό. D. τὼ, τοῖν. P. τὰ, τῶν τοῖς, τά.

Annotatio de ὦ.

Articuli vocatiuum ignorant: pro quo in declinationibus vtimur aduerbio vocandi ὦ, ô.

De articulis vide plura post tractatum Pronominum.

DECLINATIONES NOminum quinque.

Prima nominum parisyllabicorum declinatio.

ας

ης

PRima est in ας, masculinorum, ὁ Αἰνείας, *Aeneas*, et in ης partim masculinorum, ὁ Χρύσης, *Chryses*: [1] partim communium, ὁ κριτὴς ἡ λῃστὴς, hic et hæc latro: [2] quorum genitiuus in [2] ου, datiuus in α vel η diphthongum impropriam, accu- [3] [4] satiuus in αν vel [3] ην, [4] vocatiuus in α vel η, secundum terminationem nominatiui.

tiui. [5] Dualia et pluralia conueniunt cum [5] articulo fœminino, ablato τ.

S. { ας, ου, ᾳ, αν, α. D, α, αιν. P. αι, [6] ῶν, [7] αις, [8] ας, αι. ης, ῃ, ην, η. } 6 7 8 *Elenchus terminationum primæ.*

S. ὁ Αἰνείας, τοῦ Αἰνείου, τῷ Αἰνείᾳ, τὸν Αἰνείαν, ὦ Αἰνεία. *Exempla primæ.*

D. τὼ Αἰνεία, τοῖν, Αἰνείαιν, ὦ Αἰνεία.

P. οἱ Αἰνεῖαι, τῶν Αἰνείων, τοῖς Αἰνείαις, τοὺς Αἰνείας, ὦ Αἰνεῖαι.

ὁ Χρύσης, τοῦ Χρύσου, τῷ Χρύσῃ, τὸν Χρύσην, ὦ Χρύση.

ὁ ἡ ἡ λῃστὴς, τοῦ ἡ τῆς λῃστοῦ, et ita deinceps.

Quinque Græcorum linguæ præcipuæ, Communis, Attica, Ionica, Dorica, Aeolica: ex quibus Attici in omni declinatione vocatiuum similem formant nominatiuo, ὁ et ὦ Αἰνείας. *Annotatio de Dialectis.* *Atticismus.*

Antequam de varietate huius declinationis secundum varia idiomata aliquid dicamus, priùs videndum, quid intelligant Græci per huiusmodi linguas, siue dialectos, aut idiomata: de quibus Clenardus in fine huius declinationis nonnihil attigit. quinque enim linguas præcipuas esse apud Græcos ait, vtpote quæ à magni nominis auctoribus fuerunt celebratæ, & quibus scripta pene infinita librorum volumina posteritati reliquerũt. Fuerunt vero & aliæ multæ, tot scilicet quot fuerunt nationes quæ Græco sermone vterentur, veluti Bœotica, Sicula, Rhegina, Cretensis, Tarentina, Cypria, Chalcidica, Macedonica, Argiua, Thessala, Laconica, Syracusana, Pam- *De Dialectis appendix.* *Linguæ Græcorum præcipuæ.* *Linguæ minùs præcipuæ.*

na, Pamphilica: verum minus præcipuæ meritò dici possunt, quòd illis nulli libri, qui ad nostra vsque tempora peruenerint, scripti fuerunt. Itaque prorsus perijssent, nisi alij auctores suis libris quædam ex illis dialectis admiscuissent: vt Aristophanes, qui in suis comœdijs, quantis eas Attica lingua scripserit, inducit interdum personas alterius nationis propria dialecto vtentes: vt Bœotica Bœoticas mulieres. Alij quoque poetæ propria quædam harum linguarum vsurparunt. Quare nonnulla adhuc illarum vestigia apparent: sed non vt earum, quas Auctor hoc loco præcipuas vocat. Vt autem totum huiusce rei negotium tibi ob oculos proponatur, ac quid Grammatici per idiomata intelligant, penitus noscas, exemplo nostri Gallici sermonis tibi paucis rem omnem aperiam. Quotquot hodie in foris iudicialibus ditioni Regis subditis versantur, neque solum ibi, sed passim inter omnes ferme non omnino obscuros homines, Gallicè scribunt ac loquuntur: non tamen omnes ita terse, vt ij qui Regis ædes, aut Parisiense forum frequentant: vt iudicatu difficile non sit (si quis eos loquentes audiat, vel eorum scripta legat) ad quod idioma illorum sermo accedat. Vix enim fieri potest, quin aliquid è propria siue materna lingua retineant, etiam illis inuitis, ac Gallica lingua loqui nitentibus: sunt tamen aliqui maximo ingenij acumine præditi, qui quasi vernaculæ linguæ obliti, terso ac puro sermone vtuntur: imò peculiares quasdam phrases ac dicendi modos ex famosarum, & in Gallico sermone magis probatarum vrbium dialectis veluti Atticismos obseruant, quibus quasi quibusdam flosculis non rarò sua scripta ornatiora reddunt. Eodem ferme modò in Græcia olim, omnes sermone quodam communi (cuius præcepta nunc in Grammaticis traduntur) loqui ac scribere nitebantur: sed in eis ferè semper aliquid proprij ac materni idiomatis deprehendebatur, vt in Hippocrate Ionici, vnde erat oriundus, neque enim illi

Gallici idiomatis exemplo Græcarũ dialectorum varietas exponitur.

Similitudinis ἀπόδοσις.

Hippocrates.

illi, cùm in rebus magis quàm in verbis laboraret, curaerat omnes voculas linguæ communis, quæ ad Atticismũ maximè accedebat, obseruare. At rursus aliqui verbis & phrasi non minùs quàm rebus addicti (quales fuerunt Demosthenes, Plato & Lucianus) non solùm ad vnguem communis linguæ phrasim obseruabant, sed etiam, vt communem ditare viderentur, ex alijs idiomatibus, præcipuè ex Attico, nonnullas loquendi formulas, vel etiam peculiares quasdam voces, aut vocum flexus decerpebant: quæ omnia tandem temporis successu communi vsu recepta sunt. Hæc autem intelligo de his auctoribus qui prosa oratione scripserunt: nam poetæ multò maiorẽ sibi licentiam permiserunt. Quum igitur audis Demosthenem Atticè locutum, & Aristophanem Atticè locutum, quorum stylus est longè dissimilis, quanuis eodem seculo floruerint, ne turberis. nam vterque communi lingua scripsit: sed Demosthenes genere Atticus, quanuis communi sermone, vt ab omnibus Græcis intelligeretur, loqui nitebatur: tamen certas quasdam voces ac dicendi formulas ex Attico sermone depromptas, sibique familiares retinere gaudebat, quò facundior videretur. Aristophanes verò, vt populo Athenienſi gratus esset, sermone plebi infimæ ac mulieribus familiari vti studebat. Vt hodie Lutetiæ videre licet fabularum actores, vt risum auditorum captent, vti sermone mulierculaarum, à communi Gallico nonnihil degenerante, nam r in s non rarò commutant, reliquasque literas blesè ac compressis labijs enuntiant. Patroni verò, qui in foro causas agunt, quanuis pure ac proprie loqui studeant, & aliquid ex Lutetiano sermone decerpant, nonnihilque ex Aureliano, vbi fortè legibus operam nauarunt, ac rursus aliquid ex huius vel illius celebris ciuitatis idiomate, præcipuè verò è Regis domesticorum sermone depromptum: cauent tamen maximè, ne mulierculariũ more loqui videantur, si enim illarum sermonem imitarentur,

Demosthenes. Plato. Lucianus.

Poetæ licentiosi. Demosthenes & Aristophanes Atticè & communiter scripserunt.

tur, fabula omnibus essent, maximoque risu ab auditoribus exciperentur. Confer nunc Demosthenis orationem cum ea, qua vtuntur hodie patroni in foro Parisiensi: Aristophanis verò comœdias cum fabulis illorum histrionum, qui agendo, sermonem Lutetianæ plebeculæ familiarem repræsentant. Itaque, vt eò vnde digressi sumus nostra recurrat oratio, Grammatici per Dialectos, idiomata siue Linguas, nihil aliud intelligunt, quàm sermonis quandam proprietatem, qua distinguitur loquelæ varietas, quæ semper solet contingere inter diuersos eiusdem nationis tractus: cùm hi paulò aliter loquantur quàm illi, ac cuique proprium quidpiam è natali solo sit insitum: quod si bene auribus sonare videatur, alij quoque vsurpare gaudent: ex quod vni vrbi aut nationis paruo tractui proprium erat ac peculiare, aliquo temporis internallo in communem linguam transfundunt: atque ita illam ditant ex diuersis variorum tractuum proprietatibus, quæ insigne quiddam & auribus gratum continebant. Ne igitur mireris, si videas Clenardum, qui de Dialectis nihil prorsus in suis institutionibus præcipere decreuerat, sed tantùm nonnullum communis linguæ vsum, non semel nunc Atticismos, nunc Ionismos atque alias Dialectos inculcare, annotat enim tantummodo quid ex quaque lingua decerpserint ij auctores qui communi lingua scripserunt: veluti Demosthenes, Lucianus, Plato, Aristoteles, ac reliqui ferè omnes, qui soluta oratione scripserunt: quanuis Atticè scripsisse dicantur, quòd scilicet plura ex Attico quàm alio idiomate decerpserint. Herodotus verò & Hippocrates Ionicè dicuntur scripsisse, quod plura ex Ionica proprietate quàm ex alia desumpserint. Idem indicato de reliquis. Nos vero in his Scholys non solùm quæ ab oratoribus & communi vsu ex varijs idiomatibus recepta sunt, annotabimus, sed ea etiam quæ poetæ ex illis arripuerunt vel sua licentia, vt scilicet metri hiatum implerẽt, vel etiam nulla

Clenardi institutum in tractandis Dialectis.

Demosthenes, Lucianus, Plato, Aristoteles, qua dialecto scripserint.

Herodot. & Hippocrates qua lingua scripserint.

Poetæ cur variis dialectis

nulla carminis necessitate coacti, sed potiùs vt τὸ πιθὸν λόγῳ φράσιν euitarent, vel quod materna dialecto magis delectarentur: vt Aristophanes Attica, Homerus Ionica, Dorica Theocritus, & Aealica Alcæus, quamuis vernaculæ ac sibi familiari alias quoque admisceant. Herodotus etiam & Hippocrates, qui soluta oratione scripserunt, Ionica vtrique vernacula sunt maximè delectati. Ceterùm vt aliquid in genere de his præcipiatur, breui schemate subijciam, quid vnaquæque dialectus sibi veluti proprium vendicet.

vsi sint. Aristophan. Homer. Theoc. Alcæus quæ quisque lingua scripserit.

Herodotus & Hippocrates.

Attica ponunt { ρ, τ, ξ } pro σ, {
- θαῤῥεῖν, pro θαρσεῖν, confidere: id fit dum ρ est ante σ, vt in hoc exemplo.
- γλῶττα pro γλῶσσα, lingua: hoc semper obseruatur, vbi est duplex as: atque interdum vbi est simplex, vt τήμερον, pro σήμερον, hodie.
- ξύμφορον, pro σύμφορον, vtile: istud habet locum in compositis à præpositione σὺν, cum.

Generalia præcepta de Dialectis.

Gaudet præterea contractionibus, vt παῖῳ & pro παΐω, paternus: hoc fit, quando commodè duæ vocales in vnam possunt contrahi.

Coniungit etiam duas dictiones in vnam, vt τοὔνομα pro τὸ ὄνομα, nomen: istud præcipuè fieri solet præcedentibus τὸ, τὰς, κῇ, πρὸ, & sequente dictione quæ incipiat à vocali. Vide Clenardum circa finem annotationum in verba.

Ionica { η, κ, π, τ } pro {
- α, ἡμέρη, pro ἡμέρα, dies: hoc fit vbi communiter α est longum.
- π, κῶς, pro πῶς, quomodo: hoc fit in interrogatiuis & relatiuis.
- φ, θ, } ἀπαιρέομαι, pro ἀφαιρέομαι, auferor: hoc obseruatur in compositione, nam retinent tenues π, τ, vbi communiter mutarentur.

rentur in φ, θ. Vide Clenardum, vbi agit de augmento imperfecti. Habet quoque locum aliquando in simplicibus, vt δέκομαι pro ~~δέχομαι, suscipio~~: & δεκόμεθα pro δεχόμεθα.

Adhæc Ionica, Atticæ hac in re contraria, nihil contrahit. non enim dicit ποιῶ, sed ποιέω, facio, sine crasi.

	α		η, ἁμέρα, pro ~~ἡμέρα, dies~~.
	α		ω, μουσᾶν, μουσῶν, Musarum: hoc fit in genitiuo plurali primæ & secundæ declinationis.
	η		α, ζῆν pro ζᾶν, viuere: istud habet locum in contractionibus, quæ communiter ex αε, & αη in α, & ex αει & αῃ in ᾳ fierent, Doricè verò in η monophthongum.
	η		ει, λαβῆν, pro λαβεῖν, accepisse.
	ω		ου, μῶσα, pro μοῦσα, Musa: hoc habet locum in nominibus, & aliquando etiam in verbis, quum nulla est crasis.
Dorica	ευ	pro	ου, δημοσθένευς, pro δημοσθένους, Demosthenis: hoc obseruatur quoties ου venit ex contractione facta ex εο vel εου, & quoties ου in verbis haberet accentum circunflexum, quanuis non veniat ex contractione, vt ~~ἅλλομαι, salio~~, futurum medium ἁλοῦμαι, & Doricè ἁλεῦμαι, saliam.
	οι		ου, τύπτοισα, pro τύπτουσα, verberans: hæc mutatio fit in participijs fœmininis barytonorum. Aeoles quoque eodem modo ω, ευ, & οι, pro ου ponunt.
	τ		σ, τὺ pro σὺ, tu.
	σ		θ, σεὸς, pro ~~θεὸς, Deus~~.
	ς		ν, τύπτομες pro τύπτομεν, verberamus:

Aeolismus.

hoc fit

Dorica { α, αι, ῳ, τ, κ } pro { hoc fit in omnibus primis personis pluralibus finitis in μεν.
ε, αἴκα, pro αἴκε vel εἴκε, si: & πόκα, pro ~~ποτὲ, aliquando~~.
ει, αἴκε, pro εἴκε, si: dicimus etiam αἴκεν & εἴκεν: & sine pleonasmo τῦ κεν, αἰ, pro ~~εἰ, si~~.
οι, πωμενικὸς, pro ~~τριμενικὸς, pastoralis~~.
κ, τῆνος, pro ~~κεῖνος vel ἐκεῖνος, ille~~.
τ, πόκα, pro ~~ποτὲ, aliquando~~.

Detrahit quoq; ι ex diphthongo ϙ, vt λάβεν, pro ~~λαβεῖν, accepisse~~.

In diphthongis impropijs ᾳ, ῃ, ῳ, iota subscriptum negligit, vt τῶ αἰνέια, pro τῷ αἰνέιᾳ, Aeneæ.

Vtitur etiam interdum casibus pluralibus pro fœmininis singularibus, vt καλαὶ pro καλὴ, formosa.

Geminatis quoque σσ, ττ, ππ pro simplicibus vtitur, vt ὅσσον pro ὅσον, quantum: ὅττι pro ~~ὅτι, quòd~~: ὅππη pro ~~ὅπη, vbi, quò~~.

Aeolica { α, ω, ω, ππ, η } pro { η, ἁμέρα, pro ἡμέρα, dies: id fit Dorum more: sed Doricè huiusmodi α producitur, & Aeolicè corripitur.
ϋ, ἰδῶσα, pro ἰδοῦσα, videns: hoc fit præcipuè in participijs fœmininis in οῦσα quæ communiter circunflectunt οῦ.
ο, ὤμοιος pro ~~ὅμοιος, similis~~.
μμ, ὄππατα, pro ὄμματα, oculi.
ει, ἐλθῆν, pro ἐλθεῖν, venisse.

Retrahit etiam accentum acutum ab vltima syllaba in penultimam in disyllabis, & in antepenultimam in polysyllabis: vt κάλος, pro καλὸς, pulcher: πόζαμος, pro ποζαμὸς, fluuius.

Addit quoque ι accusatiuis quorundam nominum fœmininorum, vt καλαὶς, pro καλὰς, pulchras.

Præterea β ante ρ ponit, βρόδον, pro ῥόδον, rosa.

Vtitur etiam præpositione κ̣τ̣, pro μ̣τ̣, cum.

Denique dictiones à quacunque vocali inchoatas, tenui spiritu afficit, vt ἥλιος, pro ἥλιος sol.

Dialectorũ varietati vbi sit locus.

Atque hæc de Dialectis in genere dicta sufficiant. Ne vero credas ea quæ hîc diximus, passim in omnibus dictionibus obseruari. non enim ista locum habent, nisi in certis quibusdam vocibus, & certis casibus partium orationis, quæ per casus inflectuntur, atque in certis quibusdam personis & temporibus verborum: veluti planum vnicuique esse potest & ex ijs quæ iam hoc loco attigimus, & ex ijs quæ à nobis sparsim per totam hanc Grammaticam annotabuntur. vsum enim eorum, quæ hic cum vnico duntaxat exemplo in genere proposuimus, particulatim ostendemus, si ex iam dictis colligi non possit. Adijciemus quoque nonnullas alias regulas minus generales iuxta locorum opportunitatem. Hoc itaque in primis fuerit notatu dignum, Iones toto singulari & datiuo plurali primæ et secundæ declinationis mutare α longum vltimæ syllabæ in η (exceptis quibusdam primæ, quorum Dorica declinatio est in vsu, quæ in Annotationum tractatu in declinationes simplices à nobis enumerabuntur) & contrà Dores mutare η in α. Atque ita fit, vt Αἰνείας declinetur Ionicè, vt Χρύσης communiter: & rursus Χρύσης Doricè, vt Αἰνείας communiter. Porro in datiuo plurali quum α Ionicè migrat in η, iota sequens subscribitur, ac pro Αἰνείαις dicimus Αἰνείῃς: sic μούσῃς, pro μούσαις, Musis.

Annotatio. Ionismus. α in η.

Dorismus. η in α. Datiuus plural. Ionicus. αις in ῃς.

Communia in prima non inueniuntur.

1 Nullum aliud nomen primæ declinationis est communis generis præterquam λῃστής: atque istud dicitur commune eadem ratione, qua latro & homo, à Latinis, cùm tamen vix vnquam, ac ne vix quidem, illa epitheto fœminino iuncta inueniantur aut Græcè aut Latinè.

ἶνὲ. Itaque dicito omnia primæ esse masculina. 2 Doricè α: Aeolicè & Bœoticè αο· Ionicè εω, accentu in antepenultima: Poeticè vero ω, ex Ionico per crasim. 3 Ionicè interdum εα. 4 Si plura de vocatiuo desideras, vide Annotationes in declinationes simplices, circa principium. 5 Id est, si ex articulo fœminino dualis ac pluralis numeri auferas τ, habebis terminationes primæ declinationis in iisdem casibus & numeris: sed cùm articulus careat vocatiuo, sumenda erit nominatiui eiusdem numeri terminatio. eandem enim habent terminationem, vt iam ab auctore dictum est. 6 Doricè ᾶν: Aeolicè & Bœoticè άων: Ionicè έων. 7 Datiuis pluralibus cuiuscunque declinationis in ς desinentibus additur ι, Atticè, Ionicè & Aeolicè. 8 Ionicè interdum εας.

2 Genitiuus singul. 3 Accusatiuus. 4 5 6 Genitiuus plural. 7 Datiuus. 8 Accusatiuus.

Secunda declinatio tantùm est fœminino-rum, quæ desinunt vel in α, ἡ μοῦσα, *musa*: vel in η, vt τιμή, *honor*: genitiuus in ης, datiuus in ῃ diphthongum, accusatiuus in αν, vel ην, vocatiuus in α vel η, iuxta terminationem nominatiui. Dualia et pluralia perinde se habent atque in prima declinatione.

Secunda declinatio. α η

S. { α, ης, ῃ, αν, α. D. α, αιν. P. αι, ων, ις, αις, ας, αι. / η, ην, η. } Elenchus terminationum secundæ.

ἡ μοῦσα, τῆς μούσης, τῇ μούσῃ, τὴν μοῦσαν, ὦ μοῦσα. Exempla.

ἡ τιμή, τῆς τιμῆς, τῇ τιμῇ, τὴν τιμήν, ὦ τιμή.

Finita in δα, θα, ρα, et α purum (hoc est,

Annotatio.

est, quod non subsequitur consonantem) faciunt genitiuum in ας, datiuum in ᾳ diphthongum. Λήδα, Λήδας, Λήδᾳ, *Læda:* Μάρθα, Μάρθας, Μάρθᾳ, *Martha:* ἡμέρα, ἡμέρας, ἡμέρᾳ, *dies:* φιλία, φιλίας, φιλίᾳ, *amicitia.*

Genitiuus plural. Paragoge syllabæ φι in secunda, tertia & quinta.

1 *Varietatem dialectorum recipit omnino, vt genitiuus pluralis primæ. In alijs casibus nulla est varietas, quam ex his, quæ iam dicta sunt, non possis colligere. Hoc tamen sciendum, multa huius declinationis nomina syllabæ φι vel φιν adiectionem apud poetas recipere: quod dum fit, quæ desinunt in α, modo illud retinent, modo Ionico more in η mutat, vt Οὐρανία, Οὐρανίαφι, Vrania: βία, βίηφι, violentia. quæ verò in η desinunt, nihil mutant: vt ἐυνὴ, ἐυνήφι, cubile. Idem accidit quibusdam nominibus tertiæ: sed ex ος & ον, ς & ν priùs abijciuntur, vt στρατὸς, στρατόφι, exercitus: ὀστέον, ὀστέοφι, os ossis: sic in pronomine ἀυτὸς, ἀυτόφι, ipse. In quinta quoque declinatione neutra quædam in ος, & fœminina in ὼν, idem patiuntur: sed in ος, ο priùs vertitur in ε, vt στῆθος, στήθεσφι, pectus. In fœmininis vero in ὼν, prius facimus genitiuum in όνος, ac deinde migrante ς in φι fit nomen poeticum, vt ἡ κοτυληδὼν, genit. τῆς κοτυληδόνος, vnde κοτυληδόνοφι, coxa. Porrò huiusmodi nomina poetica, sunt indeclinabilia. Patiuntur præterea hæ tres declinationes apocopen, vt in secunda γλὴν, pro γλήνη, pupilla: in tertia γλάφυ pro γλάφυρον, antrum: ex κάρινον verò Atticè fit κάρα, & Ionicè κάρη, caput, non κάρι: in quinta ὃ δῶ pro δῶμα, domus: quod non solùm in nominatiuo, sed per omnes casus singulares huius declinationis fieri solet, vt τοῦ Αἴαν, τῷ ἱδρῷ, ὃν Απόλλω, pro Αἴαντος, ἱδρῶτι, Απόλλωνα, id est, Aiacis, sudori, Apollinem. Huiusmodi apocope fit potius syllabæ quàm*

Apocope in tribus declinationibus.

vnius

vnius tantùm literæ. in paucis enim perditur sola litera, vt ~~γάλα~~, *pro* γάλαξ, *lac:* ~~ἄλειφα~~, *pro* ἄλειφαρ, ~~*pinguedo:*~~ *sic* γλὴν, *de quo suprà.*

Tertia declinatio complectitur [1] masculina, fœminina et communia in ος, ὁ λόγος, *sermo:* ~~ἡ ὁδὸς, *via:* ὁ καὶ ἡ ἄνθρωπος, *homo:*~~ et neutra in ον, ~~τὸ ξύλον, *lignum.*~~ Vocatiuus in ε: genitiuus, datiuus et accusatiuus, item dualia et pluralia sequuntur articulum masculinum et neutrum. [1] *Tertia declinatio.* ος ον

S. { ος, [2] ου, ῳ, ον, ε. D. ω, [3] οιν. P. οι, ων, οις, [4] ους, οι. ον, ον, ον. α, α, α. } [2] [3] [4] *Elenchus terminationum tertiæ.*

ὁ λόγος, τοῦ λόγου, τῷ λόγῳ, τὸν λόγον, ὦ λόγε. *Exempla.*

ἡ ὁδὸς, τῆς ὁδοῦ, τῇ ὁδῷ, τὴν ὁδὸν, ὦ ὁδέ.

ὁ καὶ ἡ ἄνθρωπος, τοῦ καὶ τῆς ἀνθρώπου, etc.

τὸ ξύλον, τὸ ξύλου, τῷ ξύλῳ, τὸ ξύλον, ὦ ξύλον.

Neutrorum tres casus similes, nominatiuus, accusatiuus et vocatiuus: qui in singulari numero varias habent terminationes in quinta declinatione. pluraliter autem semper exeunt in α. *Annotatio de nominibus neutris.*

Locus hic exigit, vt de nominum genere aliquid dicamus, quo possis discernere fœminina aut communia in ος, *à masculinis. Ac primùm generales quasdam regu-* [1] *De nominum genere regulæ generales.*

Genus substantiuorum hìc solùm traditur.

Masculina propria.

Fœminina propria.

Appellatiua masculi. fœmin. commun.

regulas subiiciemus quibus sola significatione genus poterit dignosci, tam in quinta quàm tertia declinatione. in alijs enim hæc generum diuersitas non habet locum, nisi paululum in quarta, vt suo loco dicemus. Ceterùm de adiectiuorum genere nihil in his declinationibus à nobis expectes. nam in Annotationibus in nomina adiectiua, illorum genus demonstrabitur. Hic itaque tantùm de substantiuis agemus: quæ aut propria sunt, aut appellatiua, & propria quidem virorum siue deorum, mensium & fluuiorum sunt masculina: propria vero mulierum siue dearum, vrbium, insularum, nauium & montium fœmina. Appellatiua vero, quæ ad solos mares pertinent, masculina sunt, & cognitu facilia, vt ὁ πατὴρ, pater, quæ scilicet munus vel officium marium significant: sic quæ ad solas fœminas pertinent, fœminina sunt, vt ἡ μήτηρ, mater. quæ verò ad vtrunq; sexum referuntur, sunt communia, vt ὁ καὶ ἡ παρθένος, virgo mas vel fœmina: ὁ καὶ ἡ θεός, Deus vel dea: ὁ καὶ ἡ τρίδυμος, trimulus mas vel fœmina. & sic de alijs, quoties vnica voce vtimur ad significandum vtrunque sexum: quanuis in quibusdam alia etiam sit vox ad significandam fœminam, vt Ζεὺς et Διός per fœminam hic intelligo non solum mulierem, sed omnium animalium fœmininum sexum. Præterea fœminina sunt arborum nomina: fructum verò neutra. Ab his omnibus regulis excipe finita in ον. hæc enim spreta significatione, semper terminationis genus recipiunt, vt τέκνον, filius vel filia: ὁ καὶ ἡ Δυγάτριον, filiola. Inueniuntur & alia, præcipuè arborum & fructuum nomina, quæ has regulas non exactè seruant: sed ea magis notanda quàm imitanda: id vero accidit aut licentia poetica, aut propter quandam dialecti proprietatem. Restat nunc vt dicamus de genere substantiuorum in ος huius declinationis tertiæ, quum significatione illud dignosci non possit. Subiiciemus itaque ordine alphabetico primùm fœminina; deinde communia, quæ passim legendis auctoribus occurrunt.

Arbores. Fructus. Exceptio. Annotatio de finitis in ον.

Aliæ exceptiones.

currunt. quæ vero hic non enumerabuntur, masculinæ censeantur.

FOEMININA.

ἄιγυλος, abscessus inter nares & maiorem angulum oculorum.

ἄκατος, nauis genus.

ἄμαθος, arena, puluis.

ἄμμος, arena, fabulum.

ἄμφοδος, bimium.

ἄνοδος, ascensus, locus inuius et difficilis accessu.

ἄσφαλτος, bitumen.

αὐλή, vestibulum.

βάτος, rubus.

βύσσος, togæ.

βύβλος, papyrus, iuncus, charta.

γέρανος, grus.

δοκὸς, trabs, tignum.

δόκησις, consideratio.

εἰκὼν, imago.

ἔρετμος, remigatio, remigium.

εἴσοδος, introitus, ingressus.

ἔξοδος, reditus.

ἔρημος, eremus, solitudo.

ζυγὸς, iugum libræ.

ἤπειρος & Doricè ἄπειρος, continens, id est, terra firma, item annulus.

ἵππος, equitatus, pro eo quo vero est masculinum.

κάρδοπος, arca penaria.

κιβωτὸς, arca.

κύφος, vas concauum & exculptum, quod dicitur nauicula.

λεωφόρος, via publica.

λεωφόρος, idem, via regia.

μίδος, breuis via.

μίνθος, stercus humanum.

νῆσος, nouale.

νῆσος, idem.

νῆσος, insula.

νόσος, & Ionicè νοῦσος, morbus.

ὄαρος, sermo, fœmina.

ὁδὸς, via.

περίοδος, circuitio.

πρόοδος, progressus.

ῥάβδος, virga, ramus.

σήσαμος, sesamum, fimenti species.

σποδὸς, cinis sordidus.

στρόφος καὶ στροφὸς, tormen, dolor intestinorum.

σωρὸς, acernus.

τίγος.

ζίβος, *semita.*
ζίοδος, *triuium.*
ζοχηλάτος, *locus vbi agitatur rota.*
ψάμμος, *arena.*
ψῆφος, *calculus.*
ψίαθος, *storea, teges, scirpus è quo contexitur matta.*

COMMVNIA, SIVE INcerti aut dubii generis.

ἄβυσσος, *abyssus.*
βάδος, *iter.*
βρένθος, *anas, auis.*
κάμινος, *fornax.*
κάπετος, *fossa.*
κλῆρος, *sors.*
κόπρος, *fimus.*
λιμὸς, *fames.* Atticè ὁ, Doricè ἡ.
μήρινθος, *funis.*
ῥάμνος, *rhamnus, virgultum spinosum.*
ῥάφανος, *raphanus.*
ῥινός, *pellis, scutum.*
σορὸς, *vrna.*
στάμνος, *vrna, calathus.*
στρατὸς, *exercitus.*
σύνοδος, *concilium.*
ὕαλος, & Atticè ὕελος, *vitrum.*
χηλὸς, *arca, loculus.*
χιλὸς, *pabulum.*
ψάμαθος, *arena.*

Herbæ. Animalia.

Inuenientur fortè quædam alia fœminina communiaue, quàm quæ hic enumerantur: sed certè paucissima, eaque præcipuè aut nomina herbarum, aut animalium: vt ἡ φλόμος, siue ἡ φλόνος, verbascum herba: ἡ φόνος, atractylis, fusus agrestis: sic ἡ ἄμπελος, vitis, cum suis compositis: vt ἡ ἀγριάμπελος, siue per syncopen ἀγρίαμπλος labrusca, vitis agrestis: sic ὁ vel ἡ γλάνος, glanus fera, quæ & hiæna. quæ omna recensere noluimus, quòd maxima ex parte nimis essent incerta, neque illa fœmininis epithetis iuncta legissemus. sunt enim parum vsitata. Inuenientur rursus quædam huc congesta, quæ in lexicis alterius generis esse deprehendentur. Verùm illis hac in re non est omnino fides adhibenda. nam sunt plerunque deprauata. Idem iudicato in nominibus quintæ, quæ suo loco, eodem modo enumerabimus. Porro genere

varian-

variantia quære inter Heteroclita. 2 *Atticè, Ionicè, &* 2 *Genit. sing.*
Theſsalicè οιο. *Dor.* ω. 3 *Ion.* οιῖν. 4 *Doricè* ως *&* ος. 3 4 *Genit. dual. Accuſa. plur.*

Quarta declinatio, 1 Atticorum eſt 1 *Quarta declinatio.*
propria, vertentium vocales præcedentis declinationis in ω: alioqui genere conſentit. nam continet maſculina, fœminina et communia in ως, ὁ Μενέλεως, *Menelaus:* ἡ ἄλως, *area:* ὁ καὶ ἡ βῦγεως, *fertilis:* et neutra in ωμ, τὸ βῦγεωμ. Omnes caſus 2 de- 2 *ως. ων.*
ſinunt in ω: vertitur enim ο in ω, οι in ῳ ſubſcribendo iota, υ in ω abiecto υ. Neutrorum quoque α migrat in ω: hoc modo,

S. { ως, 3 ω, ῳ, ωμ, 4 ωϛ. D. ω, ῳμ, P. ῳ, ωμ, ῳϛ. 3 4 *Elenchus terminationum quartæ.*
{ ωϛ, ῳ.
{ ωμ, ωμ, ωμ.
{ ω, ω,

ὁ Μενέλεως, τοῦ Μενέλεω, τῷ Μενέλεῳ, τὸμ *Exempla.*
Μενέλεωμ, ὦ Μενέλεως.
ἡ ἄλως, τῆϛ ἄλω, τῇ ἄλῳ, τὴν ἄλωμ, ὦ ἄλως.
ὁ καὶ ἡ βῦγεως, τοῦ καὶ τῆϛ βῦγεω, τῷ καὶ τῇ βῦγεῳ.
τὸ βῦγεωμ, τοῦ βῦγεω, τῷ βῦγεῳ, τὸ βῦγεωμ.

Quatuor prædictæ declinationes appellantur pariſyllabicæ, quod obliqui ſint nominatiuo pares ſyllabis. *Declinationes pariſyllabicæ.*

Hæc *Atticorum declinatio à communibus in quibuſ-* 1 *Atticorũ declinatio in*
dam tantùm nominibus eſt recepta: nempe in ijs quæ
hic &

quibus nominibus recepta sit ab ijs qui communi lingua scripserunt.

hic & in Annotationibus in declinationes simplices à Clenardo recensentur, atque in his quæ sequuntur.

γάλοως καὶ γάλος, ἡ, glos, soror, viri.

ἐννέως, ὁ, mutus.

ἵλεως, ὁ, ἡ, propitius: vnde ἀνίλεως, ὁ, ἡ, immisericors.

κάλως, ὁ, vel (vt alij volunt) δ, funis, rudens.

ὀρφὼς, ὁ, orphus, genus piscis.

πλέως, ὁ ἡ, plenus: vnde ὁ καὶ ἡ ἀνάπλεως, ἔκπλεως, ὑπόπλεως, idem quod πλέως.

σῶς, ὁ, ἡ, saluus, integer.

χρεῶν, δ, siue δ χρεῶς, debitum: vnde ὁ ὑτρέχρεως, debitor: & ὁ καὶ ἡ ἀξιόχρεως, fide dignus.

His adde quædam composita à γῆ siue γαῖα, terra: quæ penultimam corripiunt, vt alia huius declinationis omnia, veluti

ἀνώγεων, δ, cœnaculum, quasi ἄνω τῆς γῆς ὂν, supra terram existens, siue à solo subductum. erant enim cœnacula in superiori ædium parte. in tertia dicemus ἀνώγαιον per diphthongum αι: sed quarta in his magis recepta est.

βαθύγεων, δ, profundam terram habens, terra profunda.

λυπρόγεως, ὁ, terra sterilis.

Sic quædam composita à κρέας, caro, & κέρας, cornu, vt

ἀτρέκρεως, ὁ, carnispriuium.

δίκερως, ὁ, ἡ, bicornis.

εὔκερως, ὁ, ἡ, pulchra habens cornua.

πολύκερως, ὁ, ἡ, cornutus.

Finita in ως quartæ vel quintæ. Propria in αος & εος. Monosyllaba circunflexa. Genitiuus singul.

Sunt & alia in ως, quæ per quartam vel quintam declinationem flectuntur: de quibus vide tractatum Heteroclitorum. Sunt præterea multa propria, quorum Attica declinatio est in vsu: præcipuè verò quæ communiter desinerent in αος, vel εος, vt Μενέλεως, Ανδρόγεως, pro Μενέλαος, ἄνδρόγεος: & monosyllaba circunflexa, vt κῶς, Cos insula. [2] Id est, habens in vltima syllaba ω.

laba ω. 3 Poeticè ῶο, vel ῷο puncto subscripto, ab Ionico tertiæ οιο. 4 Vocatiuus est similis nominatiuo, more Attico, vt dictum est in prima declinatione. 3 Vocatiuus 4 singul.

Quinta declinatio imparisyllabica complectitur [1] omnia genera, et terminationes plurimas. Genitiuus nominatiuum superat, exiens in ος, datiuus in ι, accusatiuus in α, vocatiuus [2] sæpe idem cum nominatiuo. Dualis nominatiuus ε, genitiuus οιν. Pluralis nominatiuus δς, genitiuus ων, datiuus, σι, accusatiuus ας. At neutrorum plurale in α. Quinta declinatio. 1 2

S. { N. varius, ος, ι, α. Voc. var. Dual. ε, οιν. / P. δς, ων, σι, ας, δς. / α, α, α. } Elenchus terminationum quintæ.

S. ὁ Τιτὰν, τὸν Τιτᾶνος, τῷ Τιτᾶνι, τὼ Τιτᾶνε, ὦ Τιτάν. Exemplum.

D. τὼ Τιτᾶνε, τοῖν Τιτάνοιν, ὦ Τιτᾶνε.

P. οἱ Τιτᾶνδς, τῶν Τιτάνων, τοῖς Τιτᾶσι, δδς Τυτᾶνας, ὦ Τιτᾶνδς, Titan.

Quomodo hæc genera significatione dignoscantur, satis abundè diximus, quum de tertia declinatione ageremus. ea verò quæ auctoritate solùm vel terminatione percipi possunt, in sequentibus indicabimus, singulas terminationes eo ordine, quo ab Auctore dispositæ sunt, discutientes, ac vnicuique illarum suum genus assignantes. Quanuis autem hæ terminationes variæ sint ac multiplices, possunt tamen ad nouem reduci, quatuor scilicet vocales, α, ι, υ, ω, & quinque consonantes, ν, ξ, ρ, ς, ϟ. nam nullum nomen Græcum desinit in ε, ο, ζ, λ, μ, aut in Genera. 1

Terminationes quintæ nouæ, α, ι, υ, ων, ξ, ρ, ς, ϟ.

aut in aliquam mutam, exceptis Barbaris aut Hebræis, vt ~~ἄστρουβαλ, Astrubal:~~ ~~ἀδὰμ, Adam,~~ *&c. quæ tamen reduci possent ad declinationem Græcam, nempe ad tertiã, & finirentur in* ος, ἀστρούβαλος, ἄδαμος, *&c. Porrò finita in* ν *non reperiuntur in quinta declinatione: sed*

Vocatiuus. 2 *omnia sunt secundæ.* [2] *Circa finem huius declinationis indicabuntur ea nomina quæ vocatiuum nominatiuo similem non habent. ibi etiam agetur pluribus de accusatiuo singulari, & datiuo plurali.*

TERMINATIONES quintæ declinationis.

Genitiuus quintæ. α, ατος. 1 [1] Finita in α formant genitiuum in ατος: ~~τὸ βῆμα, τοῦ βήματος, altare, tribunal, suggestum.~~

Annotatio. 2 [2] Nomina literarum sunt indeclinabilia, τὰ ἄλφα, βῆτα, δέλτα.

ι, ιτος. *Adiectiua in* ι. 3 ι, ιτος, [3] vnum substantiuum, τὸ μέλι, μέλιτος, *mel*. Adiectiua neutra communium legem seruant: ὁ ~~καὶ ἡ εὔχαρις~~, τὸ εὔχαρι, εὐχάριτος, *gratiosus, a, um*: ~~ὁ καὶ ἡ φιλόπατρις~~, τὸ φιλόπατρι, φιλοπάτριδος, *patriæ studiosus, a, um*. sic etiam τὸ τί, τινὸς, vt commune ὁ ~~καὶ ἡ τὶς~~, τινὸς, *aliquis, aliqua, aliquod*.

ι, ιος. 3 ι, [3] ιος: ~~τὸ σίνηπι~~, σινήπιος, *sinapi*: de 4 quo [4] aliàs.

υ, υος. υ, [5] υος: ~~ὁ γόνυ~~, γόνυος, *genu, geniculum*.

υ, εος. 5 υ, [5] εος: ~~τὸ ἄστυ~~, ἄστεος, *vrbs*: ~~ὁ πωϋ~~, πώεος, *grex ouium, ouile*. Sic neutra masculinorum

norum in υς, ὁ ἡδὺς, τὸ, ἡδύ, ἡδέος, *iucundus, um, suauis & suaue.*

ως, όος: ἡ Λητώ, Λητόος, *Latona,* 6 est de- 6 ω, ό.
clinationis contractorum.

5 *Finita in* α, ι, *vel* υ, *omnia sunt neutra absque vlla* 1 *Finita in* α, ι, υ, *neutra sunt, in* ω *fœmin.*
exceptione. Sic finita in ω, *omnia sunt fœminina.* 2 *De fi-* 2
nitis in α *videtur Auctor tantùm intellexisse, non autem in genere de omnibus literarum nominibus, quamuis locum quoque habeat in reliquis, exceptis quatuor, quarum nomen adiectiuo indicatur, nempe* ψιλὸν, ψιλὸν, ο μικρὸν, ω μέγα, *quæ declinantur more adiectiuorum* ψιλὸν, μικρὸν, *& μέγα, quod facit in genitiuo* μιχάλε, *vt habes in tractatu Heteroclitorum circa finem. olim tamen harum vocalium nomina erant,* ε, υ, ο, ω, *vt Latinarum, e, i, o: verum postea his addita sunt epitheta ad indicandum aliquod discrimen, vt* ε *vocatum sit* ψιλὸν, *id est, paruum vel tenue, ad differentiam* η *vocalis longæ, quæ vt e ferme proferebatur: veluti diximus pag. 2. versu 6. sic* υ, *dictum fuit* ψιλὸν *ad differentiam diphthongi* υ: *olim enim (vt loco citato attigimus)* υ *& ου proferebantur vt u Latinum,* υ *quidem, vt u hodie pronuntiatur à Gallis:* ου *verò, vt u sonat hodie Italis. Cetera,* ο *& ω, quæ eodem ferme modo proferebantur, varia epitheta sortita sunt iuxta quantitatis differentiam:* ο *quidem* μικρὸν, *id est, paruum dictum est, quia breuem facit syllabam:* ω *verò* μέγα, *id est, magnum, quòd sua natura syllabam producat.* 3 *Rectè dicit vnum. nam ea* 3 *Substantiua in* ι *barbara sunt, præter* μέλι *cum compositis,*
quæ faciunt ί, *vt* σίνηπι, *barbara sunt, & non proprie Græca. Inueniuntur tamen composita à* μέλι, *quæ etiam faciunt* ίος, *vt* οἰνόμελι, *mulsum:* ὀξύμελι, *acetosum mulsum:* ὑδρόμελι, *aqua mulsa.* 4 *In secunda declinatione contractorum.* 5 *Proponuntur ab Auctore in hac* 4 5
declinatione multæ nominatiui terminationes, quarum singulæ varias genitiui formas recipiunt, vt υ, υ, ε, ι, ο, ω. ε, η. υ, ῦ. ο, ω.

De diuersitate terminationum genitiui certæ regulæ vbique tradi nõ possunt, nisi velimus per se satis nota per ignotiora & minus nota explicare.

vel ως: de quibus quidam Grammatici prolixè tractarunt: nos tamen hæc curiosè persequi noluimus, quòd & nimis longum esset, & quia in multis id fieri non possit, nisi adducatur syllabaria vocalium ancipitum quantitas, aut accentuum ratio, aut generum notio: quæ multo minùs nota sunt, quàm ea propter quæ declaranda adducuntur. Quod quamuis Grammatici vulgò factitare soleant, ego semper ridiculum existimaui: cùm omnis disciplina à facilioribus & magis notis, ad obscuriora & minùs nota progredi debeat. Quare nominum quorundam genus & accentum, vocaliumque ancipitum quantitatem, potiùs per genitiui terminationes (quæ per se satis notæ sunt, si quis nonnullum huius linguæ vsum, auctorum lectione sibi compararit) quàm contrà genitiui terminationes per illa, quæ multo sunt difficiliora, censeo esse explicanda. velim tamen interdum, si commodè id fieri possit, & cum aliquo lectorum emolumento, adduci dictionum genus, accentum, & quantitatem ad designandam quandam terminationum notitiam: vt si hoc loco dicam, Substantiua in υ, penultimam corripientia faciunt υος: quæ vero penultimam producunt, faciunt ῦος, cum omnibus adiectiuis, hac quidem regula non poteris facilè cognoscere, quare δάκρυ, id est, lacryma, potiùs faciat δάκρυος, quàm δάκρυος: cum penultimæ quantitas non sit cuiusquam cognitu facilis: in δόρυ vero, id est, hasta, quiuis cognoscet penultimam esse breuem, cùm sit ο μικρὸν: quare statim dicet τὸ δόρυος. Itaque hæc regula non fuerit omnino inutilis, sed non satis certa. Hanc verò inutilem prorsus iudicauerim: Finita in ας acutitona, ἀδος in genitiuo faciunt: quia nullo modo potes scire quæ finita in ας vltimam acuant, nisi ex genitiui terminatione. cogeris enim in Accentuum tractatu conuersam hanc regulam audire, hoc modo: Finita in ας, facientia in genitiuo ἄδος, vltimam acuunt. Ex quibus

Regula de finitis in υ non omnino inutilis.

Regula de finitis in ας, prorsus inutilis.

bus regulis nihil certi potes colligere. Itaque velis, nolis, ad vsum alterutrius recurras necesse fuerit. Faciliùs verò vsus te docebit quæ nomina in ας, άδ⟨ος faciant (vnde acutitona esse concludes) quàm nosse, quæ in ας acutitona sint, vt inde inferas, declinari per άδ⟨ος. Vides igitur esse multa vsu percipienda, nec posse omnia (nisi ridiculi sæpenumero velimus esse) regulis comprehendi. Quare ne mireris, si interdum ad huiusmodi varium eiusdem terminationis genitiuum indicandum regulis certis vtamur, interdum verò nihil certi præcipiamus: ne scilicet facilia per difficilia, & per tenebras lucem videamur indicare. 6 Vide quartam declinationem nominum contractorum. 6

Vsu multa percipienda.

αν, αν⟨ος: ὁ παιάν, παιᾶν⟨ος, *pæan, genus cantilenæ in laudem alicuius*: ὁ Πάν, Πανός, *Pan, deus pastorum*: τὸ μέλαν, μέλαν⟨ος, *nigrum, atramentum.*

αν, αν⟨ος.

αν, αντος, participia sunt: τὸ τύπταν, τύπταντος, *verberans, vel quod verberauit.* Sic adiectiuum τὸ πᾶν, παντὸς, *omne*, more masculini πᾶς, παντὸς, *omnis.*

αν, αντος.

Duo hîc notanda: primùm, *Omnia substantiua in αν, esse masculina: adiectiua verò siue participia* (vt suo quoque dicetur loco) *esse neutra*: deinde, *Participia in αν & adiectiuum πᾶν, facere in genitiuo αντος: reliqua verò omnia αν⟨ος.* Porrò huiusmodi participia sunt aut aoristi primi vocis actiuæ quorumcunque verborum, aut præsentis vel aoristi secundi eiusdem vocis, secundæ coniugationis verborum in μι.

Annotatio de finitis in αν. Participia in αν vbi inueniantur.

εν, εν⟨ος: τὸ τόρεν, τόρεν⟨ος, *tenerum.*

εν, εν⟨ος.

εν, εντος: τὸ χαρίεν, χαρίεντος, *gratum,*

εν, εντος.

vrbanum, vt masculinum ~~χαρίεις, gratus.~~ sic participia, ὁ τυφθεὶς, τὸ τυφθὲν, *verberatus, verberatum.*

Notio definitis in εν. Participia in εν vbi inueniantur.

Obseruabis hic, omnia in εν esse neutra atque adiectiua vel participia: & quæ à communi ην, facere ενος, reliqua ενος. Ceterùm hæc participia sunt vel alterius Aoristi passiui: vel præsentis siue Aoristi secundi vocis actiuæ verborum primæ coniugationis in μι.

ην, ηνος.

ην, ηνος: ὁ Ἕλλην, ἕλληνος, ~~Græcus~~: ἡ σειρὴν, σειρῆνος, *siren apis genus, aut certè domuncula, & Siren fabulosarum mulierum vna.*

ην, ενος.

ην, ενος: ~~ὁ ποιμὴν~~, ποιμένος, ~~pastor~~: ἡ ~~φρὴν~~, φρενὸς, ~~mens~~: ὁ ~~καὶ ἡ τόρην~~, τόρενος, ~~tener~~, *tenera:* cuius neutrum τὸ τόρεν, τόρενος, *tenerum.*

Regulæ de ην.

ενος.

ηνος.

Fœminina.

Masculina.

Disyllaba in μην, & adiectiua quæcunque in ην, cum his substantiuis ὁ ἀδὴν, tumor in gutture glandium instar: ~~ὁ ἀζὴν barba~~: ~~ὁ αὐχὴν, ceruix~~: ~~ὁ εἴρην, puer~~: & ἡ φρὴν, faciunt ενος: reliqua ηνος. atque hæc, quæ ηνος faciunt, fœminina sunt, præter ~~ὁ κυφὴν, fucus~~, vespa sterilis: ~~ὁ σφὴν, cuneus~~: ~~ὁ σωλὴν, canalis, fistula~~: atque ~~ὁ καὶ ἡ χὴν, anser~~. nam alia masculina significatione dignoscuntur. vt ὁ ἕλλην, cum compositis. Quæ autem per ενος flectuntur, masculina sunt, præter ἡ φρὴν, & adiectiua, de quibus suo loco.

ιν, ινος.

ιν, ινος: ~~ὁ δελφὶν~~, δελφῖνος, ~~delphin piscis~~: ~~ἡ ἀκτὶν~~, ἀκτῖνος, ~~radius~~: cuiusmodi nominatiuus etiam per ις, δελφὶς, ἀκτίς.

ιν, vel ις.

Masculina.

Composita masculina sunt, atque hæc tria, ὁ θὶν, litus: ~~ὁ ἰκτὶν, miluus~~, ἶν genus mensuræ: quum verò significat

ficat venam, aut vim, est fœminini. reliqua simplicia fœminina. δελφὶν verò, quanuis ab Auctore veluti masculinum ponatur, ab alijs tamen commune dicitur, ὁ καὶ ἡ δελφίν. Fœminina.

ον, ονος: ὁ μεῖζον, μείζονος, *maius*, à communibus in ων. ον, ονος.

ον, οντος, participia sunt: τὸ τύπτον, τύπτοντος, *verberans*. ον, οντος.

ου, οδος: ὁ δίπου, δίποδος, vt commune δίπους, *bipes*. ου, οδος.

ου, οῦντος, participia sunt: ὁ τυποῦν, τυποῦντος, *verberaturum*. ου, οῦντος.

Omnia in ον & ου neutra sunt, atque vel adiectiua à communibus in ων & ους: vel participia. & in adiectiuis quidem ον facit ονος, & οῦν, οδος: in participijs verò ον, οντος, & ου, οῦντος. Ceterùm participia in ον, sunt vel præsentis, vel aoristi secundi, vel futuri primi barytonorum vocis actiuæ: aut præsentis, secundiue aoristi eiusdem vocis verborum tertiæ coniugationis in μι, finita verò in οῦν sunt quoque omnia vocis actiuæ: vel futuri secundi in qualibet coniugatione, vel primi in quinta, vel præsentis in prima & tertia verborum circumflexorum. ον & ου neu. οδος, ονος. οντος, οῦντος. Participia in ον. Participia in οῦν.

ων, ωνος: ὁ μήσων, μήσωνος, *turris, domus lignea*: ἡ Γόρτων, *Gortyn, ciuitas Cretæ*: quorum nominatiuus etiã in υς desinit: ὁ Φόρκων, vel [1] Φόρκυς, *Phorcys, Neptuni filius, & Medusæ pater*. υν, υνος. υν vel υς.

ων, ώντος, participia sunt: ὁ ζευγνών, ζευγνώντος, *iungens*. υν, ύντος.

Finita in υν, omnia faciunt υνος, nisi sint participia: sunt quoque omnia masculina, nisi significatio impediat υνος. Masculina.

pediat (vt in Γόρτυν, *quia est proprium vrbis) aut participia fuerint: quæ neutra sunt, atque præsentis temporis vocis actiuæ, quartæ coniugationis verborum in* μι.

Participia in υν.

11 *Hoc etiam declinatur per* υος, τοῦ Φόρκυος. *Vel Doricè* ὁ Φόρκυς, τοῦ Φόρκυ, τοῦ Φόρκυ *ablato* s, *vt multa alia, de quibus in Annotationibus in declinationes simplices.*

ων, ωνος.

ων, ωνος: ὁ κλὼν, κλωνὸς *ramus:* ~~ὁ αἰὼν,~~ αἰῶνος, *æuum:* ~~ἡ Σιδὼν, *Sidon, vrbs Phœniciæ:*~~ ὁ Πλάτων, Πλάτωνος. *Plato:* ~~ἡ μήκων, *papauer.*~~

ων, ονος.

ων, ονος: ὁ πρίων, πρίονος, *serra:* ~~ἡ χελιδὼν,~~ χελιδόνος, *hirundo,* et communia, ~~ὁ καὶ ἡ εὐδαίμων,~~ εὐδαίμονος, *felix:* et ita comparatiua, ὁ καὶ ἡ κρείσσων, κρείσσονος, *melior:* quorum neutra in ον, ~~τὸ εὔδαιμον,~~ εὐδαίμονος, *felix, beatum:* τὸ κρεῖσσον, κρείσσονος, *melius.*

ων, ῶντος.

ων, ῶντος: ὁ ~~Ξενοφῶν,~~ Ξενοφῶντος, *Xenophon.*

ων, οντος.

ων, οντος: δράκων, δράκοντος, *draco.* et participia, ὁ τύπτων, τύπτοντος, *verberans.*

In ων *masc.*

Nomina in ων, *quorum genus significatione dignosci non potest, masculina sunt, præter sequentia fœminina.*

Fœminina.

~~ἀκροχορδὼν, *verruca.*~~
~~ἁλὼν, *area.*~~
~~ἀμπελὼν, *vinea, vitis.*~~
~~ἀνθερεὼν, *mentum.*~~
~~ἀῤῥαβὼν, *pignus.*~~
βοὼν, *custodia apud Alexandreos.*
~~εἰκὼν, *imago.*~~

ἠϊὼν

~~ἠϊὼν, litus.~~
~~ληθεδὼν, obliuio.~~
~~σκπεδὼν, marcedo.~~
~~σιαγὼν, maxilla.~~
~~σινδὼν, linteum.~~
~~τηκεδὼν, tabes.~~
~~τήρων, columba.~~
~~τιβὼν, palliolum.~~
~~τηγὼν, turtur.~~
~~χελιδὼν, hirundo.~~
~~χθὼν, terra, solum.~~
~~χλιδὼν, όνος, deliciæ, ornatus muliebris.~~
~~χλιδὼν, ῶνος, armilla.~~

His adde omnia finita in ηδων. — In ηδων fœ.

Hæc præterea sunt modò masculina, modò fœminina, ~~μελεδὼν, cura: μήκων, papauer: χιὼν, nix: χιτὼν, vestis.~~ Nunc de genitiui varietate, si non omnia, tamen aliquid dicamus: quanuis & hoc vsu potiùs quàm præceptis discere præstabat. nihil enim certi de his potest præcipi, nisi (vt antea dixi) per se satis nota per difficillima velimus explicare. Faciunt igitur ωνος per ω μέγα omnia ferè substantiua masculina, & fœminina vrbium, quæ non desinunt in ηδων. Nam omnia finita in ηδων, atque adiectiua, & substantiua fœminina faciunt ονος per ο μικρόν. Ex adiectiuis excipe αἴθων, ardens: & εἴρων, cauillator, non vera dicens: ex fœmininis verò ἀκροχορδὼν, vel ἀκροκορδὼν, ἅλων, ἀμπελὼν ἀῤῥαβὼν, βοὼν, τριβὼν, χλιδῶνες, armillæ: his adde duo incerti generis, μελεδὼν, μήκων: quæ omnia faciunt ωνος per ω μέγα. Porrò pauca sunt, quæ faciant in ῶντος per ω μέγα, quæ omnia sunt masculina, et maxima ex parte propria virorum circunflexa, quæ à Latinis per ontis declinantur: vt Xenophon, Xenophontis: sic Phaethon, Demophoon, & cet. In οντος verò per ο μικρὸν facientia vix alia inuenias, quàm hæc quatuor ~~δράκων, λέων, γέρων, θεράπων, draco, leo, senex, famulus~~: & participia actiuæ vocis in ων non habentia circunflexum: quæ sunt vel præsentis temporis, vel aoristi secundi, vel futuri primi. quæ verò accentu circunflexo notantur & habent neutrum in ȣ̃ν (quæ enumerauimus quum de ȣν ageremus, 39.10.) ea ȣ̃ντος quoque faciunt.

In ων communia. — Genitiuus. — ωνος. — ονος. — Exceptio. — ωνος. — ῶντος. — ontis. — οντος. — Participia in ων. — ȣ̃ντος.

ciunt. de illis autem nullam mentionem fecit hoc loco Clenardus. Ceterùm ea, quorum neutrum similiter in

ῶντος. *ῶν per ω μέγα circunflexum desinit, per ῶντος flectuntur, & ω μέγα seruant, suntq; præsentis temporis vocis actiuæ, secundæ coniugationis verborum circunflexorum. Id autem accidit propter crasim, quæ fit ex α & ο in ω, vt suo videbimus loco.*

ξ in { κος. γος. χος. } ξ, in κος, γος, χος: ὁ θώραξ, θώρακος, *pectus, thorax:* ἡ κύλιξ, κύλικος, *poculum: calix:* ὁ ἅρπαξ, ἅρπαγος, *rapax:* ἡ ἀλώπηξ, ἀλώπεκος, *vulpes*, mutat η in ε: ἡ θρὶξ, ι τριχὸς, *capillus*, ι pro aspirata sumit tenuem, τ pro θ.

ξ, κτος. ὁ ἄναξ, ἄνακτος, *rex:* ἡ νὺξ, νυκτὸς, *nox*, interiecto τ.

Genus finitorum in ξ. *Finita in ξ masculina sunt, aut fœminina, aut communia: neutra verò nunquam. & fœminina quidem pauca sunt, & communia paucissima, si cum infinita masculinorum multitudine conferantur. Itaque fœminina & communia siue incerta, quorum genus significatione cognosci non potest, hic enumerabimus: reliqua vero intelligentur masculina. Hæc igitur sunt fœminina.*

Masculina. Fœminina.

ἀλώπηξ, *vulpes.*	μάσταξ, *esca, bruchus.*
ἄντυξ, *ambitus, orbis.*	μάστιξ, *flagellum.*
αὖλαξ, *sulcus.*	μύρμηξ, *formica.*
θρῖδαξ, *lactuca.*	μύσταξ, *labrum, barba menti.*
κλῖμαξ, *scala, seu scalæ.*	ὄμφαξ, *vua a cerba & immatura.*
κύλιξ, *poculum.*	ὄρραξ, *vrax auis.*
κλώμαξ, *asperitas.*	πήλιξ, *galea, cassis.*
κρὶξ, *capillus, & crex auis.*	πῖδαξ, *fons.*
λάρναξ, *vrna, arca.*	

πτέρυξ

πτέρυξ, γος, ala.
φώνιξ, similis scaphæ genus.
σμώδιξ, vibex, liuor ex percussione.
σπάδιξ, genus musici instrumenti.
σύριξ, odoris genus.
τέτριξ, tetrix auis.
ὕστριξ, hystrix, herinacij species.
φάλαγξ, internodium in digitis, & phalanx ordo militaris.
φάραγξ, vallis.
φοῖνιξ, phoix auis.
χάραξ, vallus, id est, palus cui vitis alligatur.
χοῖνιξ, chœnix, semodius.

His adde finita in ιγξ, & monosyllaba non desinentia in ωξ.

Excipiuntur tamen sequentia masculina.

βλὰξ, stolidus.
δὴξ, vermis lignum corrodens.
ἶξ, vermis vitium.
πνὺξ, consilij locus apud Athenienses.
πρὸξ, limulus, dama.
πλὺξ, πλυχὸς, flexus.
ἀφὶξ, vespa, fucus.
πὺξ, γὸς, sex.

Et sequentia communia. Communia.

αἶξ, αἰγὸς, capra.
βὴξ, βηχὸς, tussis.
ἠρὰξ, γὸς, acinus uuæ.

Præter hæc communia sunt.

ἄμπυξ, reticulum muliebre.
κέρδιξ, perdix auis.
σκύλαξ, catulus.
φάρυγξ, γὸς: guttur, faux.
ὄλιξ, vitium capreolus.

Vsus te docebit, quæ declinentur per κ, & quæ per γ aut χος: scito tamen multò maiorem esse numerum eorum quæ κ faciunt, quàm quæ γ aut χ. Rursus plura per γ, quã per χ declinari. nã pauciſsima sunt quæ habeãt χ in obliquis: nẽpe finita in ονυξ, ωνυξ, et ωρυξ, cum quibusdam alijs. In γος verò faciũt finita in πληξ, & quæ ante ξ habent γ, & superbisyllaba in υξ, modo habeant α in penultima, & quæ habent in penultima ο μικρὸν, modò non desinant in ογυξ, & quæ fiunt à ver-

Genitiuus.
χ.
γ.

Composita. κος. à verbis in γω & ζω, & fœminina in υξ, cum compositis: composita enim simplicium formam sequuntur. Reliqua verò præsertim fœminina, & disyllaba communia, quæ superiùs enumerauimus, habent κ in obliquis, præter μάστιξ, τέτριξ, & finita in γξ, quæ habent γ. Horum omnium exempla tibi passim legendis auctoribus occurrent.[1] Hoc fit propter aliam aspiratam χ aduenientem: in datiuo verò plurali rursus assumit θ, ταῖς θριξί. non enim sequitur aspirata χ, sed ξ, vt in nominatiuo.

αρ, αρος. αρ, αρος: ὁ μάκαρ, μάκαρος, beatus: ἡ δάμαρ, vxor: τὸ νέκταρ, nectar, cibus, vel, vt alij volunt, potus deorum.

αρ, ατος. αρ, ατος: τὸ ἧπαρ, ἥπατος, iecur, hepar: τὸ δέλεαρ, δελέατος, esca, ad capiendum illecebra.

ατος. Superbisyllaba in αρ faciunt ατος. idem accidit disyllabis, quorum penultima est κ aut diphthongus, quibus adde στέαρ, adeps: φρέαρ, puteus, ab antiquis στεῖαρ, φρεῖαρ. quorum autem penultima est ω, indeclinabilia sunt, vt ὁ μῶμαρ, stultus. sic τὸ ὄναρ, somnium, quanuis penultima sit ο μικρόν. Reliqua, quæ hac regula non comprehenduntur, faciunt αρος. Porrò declinata per ατος, neutra sunt omnia: sic flexa per αρος, paucis exceptis, quorum genus sola significatione cognoscitur.

Indeclinabilia in αρ. αρος. Neutra.

ειρ, ειρος. ειρ, ειρος: ὁ φθεὶρ, φθειρὸς, pedunculus: ἡ χεὶρ, manus: ὁ καὶ ἡ ἀντίχειρ, pollex.

Communia. Multa componuntur ex χεὶρ, quæ omnia sunt communia: χεὶρ verò variat & genere & genitiui terminatione: vt videbis in Heteroclitorum tractatu. Reliqua in ειρ, masculina sunt: sed pauca inueniuntur.

Masculina.

ηρ, ηρος. ηρ, ηρος: ὁ Σὴρ, Σηρὸς, Ser vel Seres populus, &

lus, & vermis nens sericum: λουτὴρ, λουτῆρος, *peluis:* ὁ κῆρ, κῆρος, *cor.*

ηρ, ηρος: ὁ αἰθὴρ, αἰθῆρος, *æther, id est,* ηρ, ερος.
ignis elementum: [1] in multis verò syncope, [1]
ὁ πατὴρ, πατρὸς, *pater:* ἡ μήτηρ, μητρὸς, μητρὸς, *mater:* sic et ἡ θυγάτηρ, γαστὴρ, Δημήτηρ, *filia, venter, Ceres:* at ὁ ἀνὴρ, *vir,* ἀνδρὸς, [2] assumit δ. [2]

Fœminina in ηρ nulla sunt, quæ significatione cognosci non possint, præter γαστὴρ, κὴρ, *sors,* & λητὴρ, *vas* ad refrigerandum vinum. Neutra verò duo tantùm, ἦρ, *ver,* & κῆρ, *cor:* quæ circunflectuntur, quia fiunt ex ἔαρ, & κέαρ per crasim. Alia in ηρ, masculina sunt. Pauca sunt quæ flectantur per ερος, nempe quæ à Clenardo recensentur, atque ἀστὴρ, *astrum:* πίνηρ, *Pier populus:* & φράτηρ, *tribulis:* pro quo vsitatiùs dicimus φράτωρ, φράτορος: ὁ ἀὴρ, *aer.* Aeolicè inuenitur ἡ ἀέρ. sic ἡ αἰθὴρ, ερος. Cetera in ηρ, faciunt ηρος. Fœminina. Neutra. Masculina. ηρ, ερος. Aeolismus. ηρ, ηρος.

[1] Huiusmodi syncope habet tantùm locum in ijs quæ Auctor enumerat. Notandum autem concisos casus ab oratoribus magis recipi, præter θυγατέρα nam θύγατα solùm vsurpatur à poetis, qui metri gratia indifferenter vtuntur concisis vel integris, duobus exceptis, de quibus fiet mentio in Annotationibus in declinationes simplices. [1] De syncopen passis notio.

[2] Nunquam enim in eadem dictione ν ponitur ante ρ, vt diximus 91. & 13. 19. [2]

ορ, ορος: ὁ κῆρ, κῆρος, *cor, animus,* et ορ, ορος.
inde compositum, ὁ μεγαλήτωρ, μεγαλήτορος, *magnanimus.*

υρ, υρος: ὁ ἰθὺς, ἰθυος, *susurro.* ὁ καὶ υρ, υρος.
ἡ μάρ-

~~ἡ μάρτυρ~~, μάρτυρος, ~~testis~~: et neutrum ~~τὸ πῦρ~~, πυρὸς, ~~ignis~~.

ορ neutra. υρ mascul. Finita in υρ exoleta. υρος vel υς, pro υρ.

Finita in ορ & υρ, paucissima sunt: et illa quidem neutra, hæc verò masculina, præter μάρτυρ & πῦρ, quæ ponuntur in contextu. atque hæc in υρ, antiqua sunt, & pene exoleta, præter πῦρ: vtimur autem illorum loco finitis in ρος tertiæ declinationis, vt ψίθυρος, ου, & μάρτυρος, ου, vel μάρτυς, υος.

ωρ, ωρος.

ωρ, ωρος: ~~ὁ φὼρ~~, φωρὸς ~~fur~~: ~~ὁ ἰχὼρ~~, ἰχῶρος, ~~sanies, cruor~~: ~~τὸ ἕλωρ~~, ἕλωρος, ~~tractio, laceratio~~: ~~τὸ τέκμωρ~~, τέκμωρος, ~~signum, finis, mors~~.

ωρ, ορος.

ωρ, ορος: ~~ὁ Νέςωρ~~, Νέςορος, ~~Nestor~~: ὁ ~~Ἕκτωρ~~, Ἕκτορος, ~~Hector~~: ~~ὁ καὶ ἡ ἀπάτωρ~~, ἀπάτορος, ~~carens patre~~: ~~ὁ καὶ ἡ ἀμήτωρ~~, ~~carens matre~~: ~~πανδαμάτωρ~~, ~~omnia domans~~, [1] vel omnidomans: ~~τὸ ὕδωρ~~, τοῦ ὕδατος, ~~aqua~~, [1] heteroclitum est.

ωρος. ορος. Neutra. Communia. Masculina.

Monosyllaba in ωρ, et polisyllaba in λωρ, atque ἰχὼρ & τέκμωρ, seruant ω μέγα in obliquis: alia mutant in ο μικρόν. Ceterùm neutra in ωρ, pauca sunt: nempe quæ ab auctore afferuntur, & ὦ ἕλδωρ, siue ἑέλδωρ, desiderium: & ὦ ἄωρ, ensis: tamen alij legunt ἄορ. sic ὦ σκῶρ, τοῦ σκατὸς, stercus: heteroclitum, vt ὦ ὕδωρ. communia verò sunt multa, quæ significatione facilè dignoscuntur: quæ scilicet vtrique sexui conueniunt, quanuis raro fœmininis adiectiuis aut articulis iuncta inueniantur. Reliqua in ωρ, masculina sunt: nulla vero fœminina tantùm, præter ἡ ἄωρ, mulier, et ἡ ἀλέκτωρ, virgo innupta.

[1] Vide Heteroclita.

ας, αντος.

[1] ας, αντος: ὁ ~~Αἴας~~, Αἴαντος, ~~Aiax~~: ~~ὁ πᾶς~~,

τοῦ

τὸ παντὸς, *omnis, cunctus:* ἡ πᾶσα, τῆς πάσης, *cuncta:* τὸ παν, τοῦ παντὸς, *cunctum:* sic ἅπας, *omnis:* σύμπας, *vniuersus, omnis.* Duo in αν, ὁ μέλας, *niger:* τάλας, *miser:* μέλαν, τάλαν: quorum fœminina ἡ μέλαινα, τάλαινα: neutra, τὸ μέλαν, τάλαν. αs, ανος.

ας, άδος: fœminina sunt, ἡ μονὰς, μονάδος, *monas, vnitas:* λαμπὰς, λαμπάδος, *lampas, lucerna:* aut communia, ὁ ἡ φυγὰς, φυγάδος, *exul, profugus.* αs, άδος.

ας, αδος, neutrum: τὸ γῆρας, γήρατος, *senectus:* τὸ ἅλας, ἅλαδος, *sal.* αs, αδος.

αις, αιδος, vnum fœmininũ: ἡ δαὶς, δαιτὸς, *conuiuium:* et vnum neutrum, τὸ ζαὶς, ζαιτὸς, *farina aqua subacta.* Communeautem, ὁ ἡ παῖς, *puer, puella,* facit παιδὸς, sic compositа eius, ἄπαις, *sine liberis, carens filijs:* εὔπαις, *liberis abundans, vel bonos habens filios, aut bona indole puer.* αις, αιδος.

αως, αὸς: ἡ ναῦς, vel νηῦς, *nauis:* τὸ ναὸς, vel νηὸς: sic γραῦς, *anus, vetula.* αως, αὸς, vel ηυς, ηός.

ες, εος, neutra communium in ης, τὸ ἀληθὲς, τοῦ ἀληθέος, *verum.* ες, εος.

Nihil facilius quàm nosse quæ finita in αs *faciant* αν, ας, *quæ* αδος, *vel* αδος. *nam vel mediocris auctorum lectio hæc tibi demonstrabit: regulis autem hæc percipi facilè nequeunt. Hic tantùm notabis. flexa per* αν, *esse masculina, per* αδος, *fœminina (exceptis paucis communibus, quæ sola significatione facilè cognoscuntur)* αs, ανος, *mascul.* αs, άδος, *fœmin. vel communia.*

per

per ατος *verò, esse neutra & quintæ declinationis contractorum, modò desinant in* ρας *vel* ας *purum: vt videbis in sequentibus. Sunt verò tria masculina, quæ non declinantur per* αντος, *nempe* μέλας, τάλας, *de quibus in contextu, atque* ὁ λᾶας τοῦ λάαος, *& crasi* λᾶος, *lapis. Porrò Aeoles masculina in* ας *per* αις *efferunt, dicentes* μέλαις, τάλαις. *Idem faciunt in participijs masculinis in* ας, *quæ per* αντος *declinantur, vt* τύψαις *pro* τύψας, *qui verberauit. Ex* Αἴας *verò non dicunt* Αἴαις, *ne diphthongus geminetur. Ceterùm poetæ non rarò Dorico more ex genitiuis in* αντος, *per apocopen reijciunt* τος, τοῦ Αἴαν *pro* Αἴαντος. *De hac apocope nonnihil attigimus, 26. 27.* [2] *Finita in* αις *aut* αυς *non inuenies alia ab his quæ hoc loco enumerantur, tantùm itaque notato, finita in* αυς *declinari quoque per* εως, εῖ, *& ceter. & nominatiuum monosyllabum* κῦς, *apud poetas diuidi in duas syllabas,* νκῦς, γρκῦς. *atque nominatiuum pluralem similem reperiri nominatiuo singul.* αἱ ναῦς, νκῦς: γραῦς, γρκῦς. *De horum autem accusatiuo singul. dicetur suo loco.* [3] *Hæc sæpe substantiuata reperiuntur, & per substantiua Latinis redduntur: vt* ἀληθὲς, *verum, vel ipsa veritas, & sic de alijs. Sunt autem primæ declinationis contractorum, vt dicetur in sequentibus.*

Aeolismus, αις pro ας.

Apocope poetica.

αις, αυς.

αυς, εως.

κῦς, *pro* κῦς.

Nominatiuus plural. similis nominatiuo sing.

εις, ενος.

εις, ενος: ὁ κτεὶς, κτενὸς, *pecten:* sic adiectiuum εἷς, ἑνὸς, *vnus:* fœmininum μία, μιᾶς: neutrum, ἕν, ἑνὸς: et inde composita μηδεὶς, μηδεμία, μηδὲν: οὐδεὶς, οὐδεμία, οὐδὲν, *nullus, a, um.*

εις, εντος.

εις, εντος: ὁ Σιμόεις, Σιμόεντος, *Simois, Simoentis, nomen fluuij in Phrygia:* ἡ Ὀπόεις, Ὀπόεντος, *Opus, Opuntis, ciuitas in Locris:* itidem

itidem adiectiua, ὁ χαρίεις, χαρίεντος, ἡ χαρίεσσα, τὸ χαρίεν, *gratus, a, um:* et participia, ὁ τυφθεὶς: τυφθέντος, *verberatus:* at, [1] ἡ κλεὶς, *clauis*, τὸ κλειδὸς, τῇ κλειδὶ, τὼ κλεῖδα et κλεῖν. 1 εις, ειδος.

εὺς, έος communiter, ῆος Ionicè, έως Atticè: ὁ βασιλεὺς, τοῦ βασιλέος, βασιλῆος, βασιλέως, *rex:* de hoc [2] postea. 2 εὺς { έος cō. ῆος Io. έως Atti.

Finita in εις, facientia ενος, non inueniuntur, præter κτεὶς & εἷς, *cum compositis, quæ ponuntur in contextu,* μηδεὶς & οὐδεὶς, *quasi* μηδὲ *vel* οὐδὲ εἷς, *neque vnus, ne vnus quidem: ideo poetæ in neutro sæpe dicunt* μηδεὲν, οὐδεὲν. *Aeoles verò ponunt* θ *pro* δ, μηθεὶς, οὐθεὶς, μηθὲν, οὐθὲν. *Reliqua igitur præter* κλεὶς, *faciunt* εντος: & *sunt vel propria, vel adiectiua, vel participia, quorum superiùs meminimus in* εν εντος 38. 6. *Genus autem nominum in* εις, *facilè patet, adiectiua enim & participia masculina sunt: propriorum genus significatione cognoscitur: quæ verò ponuntur in contextu, articulo genus indicant.* *Notandum autem propria & adiectiua in* όεις, *interdum contractè efferri per* οῦς *abiecto* ι, & οε *contractis in* ου, *vt ex* ὀπόεις, & πλακόεις, *dicimus* ὀποῦς, πλακοῦς, *de quibus postea in* ους, οῦντος. *sic adiectiua in* ήεις, *interdum contrahuntur in* ῆς, *verso priùs* η *in* ε, & *ex* ει *abiecto* ι, & εε *in* η *contractis: vt ex* τιμήεις, & δαφνήεις, *dicimus* τιμῆς, δαφνῆς: *de his vide in* ης, ῆντος.

εις, ενος. μηδεὲν. οὐδεὲν. Aeol. θ pro δ. εις, εντος, propria, adiectiua, participia. Masculina. όεις, οῦς. ήεις, ῆς.

[1] *In accusatiuo plurali* τὰς κλεῖδας, & Doricè κλᾶδας. [2] *In tertia declinatione contractorum.* 1 Dorismus. 2

Articuli præpositiui sumpti pro interrogatiuis, infinitis, & pro nominibus demonstratiuis.

Præpositiui articuli pro interrogatiuis sumuntur, [2] τῷ pro τίνι, cui: & pro infinitis, εἴτῳ pro εἴτινι, si cui. [3] Capiuntur & pro demonstratiuis pronominibus, τὴν pro τοῦτον hunc: τὴν pro ταύτην, hanc. Id quod crebrum est adiectis coniunctionibus δε & γε, ὅδε, ἥδε, τόδε: ὅγε, ἥγε, τόγε, pro οὗτος, αὕτη, τοῦτο. [4] Itidem in reliquis casibus, τοῦδε, τῷδε, τόνδε, pro τοῦτου, τούτῳ, τοῦτον. Attici pro ὅδε & τόδε dicunt ὀδὶ & τοδί. 2 3 4

Atticismus.

Articul. subiunctiui compositi cum τὶς & περ. Notio de ὅ, τι & ὅτι.

Subiunctiui articuli componuntur cum nomine infinito, τὶς, τινός. Mascul. ὅστις, [5] οὗτινος, ᾧτινι, ὅντινα. Fœm. ἥτις, ἥστινος. Neut. ὅ, τι, οὗτινος. scribitur enim ὅ, τι per distinctiunculam, vt differat à coniunctione ὅτι, quòd. Additur & [6] περ, ὅσπερ, ἥπερ, ὅπερ, qui, quæ, quod. 5 6

Officium articuli propositiui.

Præpositiui articuli officium est rem certam significare, ἀπόδος μοι τὸ βιβλίον, redde mihi librum, nempe istum certum, de quo inter nos constat. Quanquam Attici ornatus gratia nunc addant articulum, nunc rursus auferant. Habent pręterea locum in diuisionibus adiuncta coniunctione μὲν & δὲ, vt [7] ὁ μὲν, ὁ δὲ, hic quidem, ille autem: τὸν μὲν, τὸν δὲ, hunc quidem, illum verò.

Atticismus.

Aliud eiusdē officium.

Articulorum subiunctiuorū formatio.

ὃ pro ὅς.

τοὶ, ταὶ pro οἱ, αἱ.

Varietas dialectorum in articulis.

ἁ, τᾶς, τᾶ, τάν.

τᾶν & τάων τῇς, τῇσι, τῇσιν.

τοῖσι, τοῖσιν, τοῖο, τῶ, τώς.

Articuli subiunctiui pro pronominibus demonstratiuis.

1 *Articuli subiunctiui fiunt à præpositiuis, abiecto τ: vbi verò in præpositiuis deest τ, additur accentus in subiunctiuis: atque masculino ὁ subnectitur s, ὅς. Apud poetas tamen interdum inuenitur sine s, ὃ pro ὅς. Præterea præpositiui plurales οἱ, αἱ, inueniuntur Doricè & poeticè cum τ & accentu, τοὶ, ταί. Ceterùm articuli & præpositiui & subiunctiui recipiunt varietatem dialectorum non aliter quàm secunda nominum declinatio, per quam inflectitur articulus fœmininus: aut tertia, per quam masculinus & neuter variantur: vt Doricè, ἁ μοῦσα, τᾶς μούσας, τᾶ μούσα, τὰν μοῦσαν, 24.25. τᾶν & Aeolicè τάων, pro τῶν genitiuo plurali fœminino. 25. 11. & 26. 7. τῇς, τῇσι, siue τῇσιν pro τοῖς Ionicè, 24. 20. & 25.12. & 84.3. sic τοῖσι siue τοῖσιν pro τοῖς. In genitiuo singul. masculino & neutro τοῖο Ionicè, & τῶ Doricè pro τοῦ, & τὼς pro τοὺς, 31. 1. tamen non rarò inuenies apud poetas articulum iuxta dialectum communem, licet casus illius alia dialecto efferatur, vt τῆς μούσας vel τᾶς μούσας, in genitiuo singulari. Idem iudicato*

2 *de reliquis.* [2] *Sic τοῦ & poeticè τέο atque τεῦ, pro τίνος, cuius.* [3] *Idem nonnunquam faciunt articuli postpositiui, vt ὃς pro οὗτος. Articulus autem fœmininus datiui singularis tam præpositiuus quàm subiunctiuus aduerbiascit,*

biascit, τῇ, ᾗ, eò, eà, quà: & τῇδε, huc, hîc. idem facit ᾧδ apud poetas. Ponuntur etiam interdum apud poetas articuli præpositiui pro subiunctiuis: vt ὃ pro ὃς, &c. 4 *Datiuus pluralis τῖσδε recipit appositionem syllabæ σι τῖσδεσι, vel poeticè τῖσδεσσι, sequente vocali τῖσδεσιν & τῖσδεσσιν.* 5 *Attici pro ἕστινος & ᾧτινι dicunt ὅτου, ὅτῳ: & Iones facta solutione, ὅτεο, ὅτεῳ, in genitiuo plurali ὁτέων, in datiuo ὁτέοισι. Dores verò ὅτευ, pro ὅτου: & Aeoles ac poetæ ὅττεο, pro ὅτεο. Atque in ὅτου, ὅτῳ, ὅτεο, &c. o initiale non variatur: at in ὅστις, ἕστινος, ᾧτινι, &c. vtraque pars compositionis declinatur, ὃς, ἕ, ᾧ, &c. ac τὶς, τινὸς, τινὶ, &c. sed accentus manet tantùm in prima parte compositionis: nam τὶς, τινὸς est dictio enclitica, vt dicetur in Accentuum tractatu.* 6 *In ὅνπερ, ἥνπερ οἷνπερ & ὧνπερ consonans ν, manet ante π contra regulas Grammaticorum, iuxta quas debet mutari in μ, verùm retinetur ν: quia re vera sunt duæ dictiones. περ enim est coniunctio expletiua & enclitica: quapropter accentu destituitur: quò fit vt pro vnica dictione habeantur.* 7 *ὁ μὲν cum similibus refertur ad propinquius: ὁ δὲ ad remotius. interdum tamen contrario modo se habent, idque non solùm apud poetas, sed & apud oratores, sicut apud Latinos hic & ille.*

τῇ, τῇδε, & ᾧδ aduerbiascunt.

Articuli præpositiui pro subiunctiuis τῖσδεσι vel τῖσδεσσι.

ὅτου, ὅτῳ, At. ὅτεο, ὅτεῳ. Ion. ὅτευ Doricè.

Notio de ν ante π.

De ὁ μὲν & ὁ δὲ ac similibus notio.

TRes orationis partes, aduerbium, coniunctionem & præpositionem breuiter perstringemus: nam auctorum lectione præstat eas discere, quàm pręceptionibus grammaticis.

De partibus indeclinabilibus.

ADuerbiorum significationes sunt variæ. Temporis, ~~νῦν~~, nunc, ~~τότε~~, tunc. [1] Loci, ~~ἐν ταῦθα~~, hîc: ~~ἐκεῖθεν~~, illinc: 1 ~~δεῦρο~~, huc. Qualitatis, ~~εὖ~~, benè: ~~κακῶς~~, malè. Quantitatis, ~~ἅπαξ~~, semel, ~~δὶς~~, bis:

Aduerbia.

& cetera omnia, quemadmodum apud Latinos.

Formatio & varia terminatio aduerbiorum qualitatis.

Qualitatis aduerbia plurima fiunt à genitiuo plurali, τῶν σοφῶν, sapientum, σοφῶς, sapienter: καλῶν, *pulchrorum*, καλῶς, pulchrè. [2] Alia in δον exeunt, κυνηδὸν, caninè: βοτρυδὸν, racematim. Quædam in στι, Ελληνιστὶ, Græcè: Ρωμαϊστὶ, Romanè. Cum aduerbijs numerantur quas vocamus interiectiones, ἴου, hei: οἴμοι, hei mihi: βαβαὶ, papæ.

Interiectiones.

Localia. θι, σι, χοῦ, χῆ, *in loco*, θεν, θε, σθεν, σθε, *è loco*. δε, σε, ζε, *ad locum*. δην ην ι ᾳ ῃ ϙ

1 *Localia finita in* θι, σι, χοῦ & χῆ *significant in loco, vt* οὐρανόθι, *in cœlo*. Αθήνησι, *Athenis*: πάντοθι, πανταχοῦ & πανταχῆ, *vbique, vbiuis*. *Finita in* θεν *siue* θε & *poeticè in* σθεν *siue* σθε, *significant de loco, vt* οὐρανόθεν, οὐρανόθε, οὐρανόσθεν, οὐρανόσθε, *è cœlo*. *In* δε, σε, ζε, *ad locum, vt* οὐρανόνδε & οὐρανόσε, *in cœlum*: [2] Αθήναζε, *Athenas*. [2] *Alia in* δην, συλλήβδην, *collectim*. *Alia in* ην, ἀντιβίην, *contrà, ex opposito*. *Alia in* ι, πανοικὶ *cum tota domo, nullo relicto*: πανστρατὶ & πανστρατιᾷ, *siue* πανστρατιῇ, *cum toto exercitu: nam multa formam datiui singularis secundæ declinationis habent*. *Alia in* ει, ἀθεὲι, *sine deo, sine deorum numine*: ἀσσουδὲι, *sine fœdere aut libatione*· ἀυτοβοὲι, *statim, subitò & cum clamore*. *Præterea adiectiua neutra tam singularis quàm pluralis numeri sæpe pro aduerbijs sumuntur, vt* ὀξὺ *pro* ὀξέως, *acutè*: τὰ πρῶτα (*vbi etiam præponitur articulus*) *pro* πρώτως, *primùm*. *sic* τὰ πολλὰ *pro* πολλαχῶς, *sæpe*: ἄλλα *pro* ἄλλως, *aliter*. *Quædam etiam exeunt in* άκις, *quæ quantitatis dicuntur*, *vt* τεττάκις, πεντάκις, ἑκτάκις, ἑπτάκις, ὀκτάκις, *quater, quinquies, sexies, septies, octies*. *sic* ὀλιγάκις, *paucies, rarò, par-*

Notio. Adiectiua neutra pro aduerbijs sumpta. άκις άκι δίς.

πὸ, parcè: πολλάκις & Aeolicè per ellipsim πολλάκι, sæpe, frequenter. Nonnulla quoque poeticè in δὶς, ἀμοιβαδὶς, vicissim.

Coniunctiones.

COniunctiones sunt, Copulatiuæ, μὲν, quidem: δὲ, verò: τὲ, que: κὴ, &. Disiunctiuæ, ἤ, vel: ἤτοι, siue. Continuatiuæ εἰ, si, εἴπερ, siquidem. Subcontinuatiuæ, ἐπειδὴ, postquam: ἐπειδήπερ, simulatque. Causales, ἵνα, vt: ὅπως, quò: γὰρ, enim: ὅτι, quòd: διότι, propterea quòd. Dubitatiuæ, ἆρα, an: μῶν, num: μὴ, nunquid. & quæcunque præterea de significationbus coniunctionum dici solent.

Præpositiones monosyllabæ.

PRæpositiones monosyllabæ sunt sex, [1]ἀν, εἰς vel ἐς, ἐκ vel ἐξ, πρὸ, [2]πρὸς, σὺν, pro quo Attici ξὺν in compositis. 1 2

Dissyllabæ.

Dissyllabæ duodecim, ἀνὰ, κατὰ, ἀμφὶ, μετὰ, περὶ, ἀντὶ, ἐπὶ, παρὰ, διὰ, [3]ἀμφὶ, ἀνὰ, ὑπὸ, ὑπὲρ. 3

ἐκ & ἐξ quo modo differant.

Consonantem præcedit ἐκ, [4]vocalem ἐξ: ἐκ γῆς, ex terra: ἐξ αὐτοῦ, ex ipso. 4

1 Præpositionum varia significata quære in fine Syntaxeos. Poetæ pro ἐν dicunt ἐνὶ, & mutato accentu ἔνι: sed tum vel postponitur suo casui, vel sumitur pro ea compositione quæ fieret ex ea & ex ἔστι, nempe pro ἔνεστι, licet. sic μίξις pro μίτεσιν, adest, est copia vel ius vel participatio: πάρα pro πάρεσι, licet, datur, constat: ἔπι pro ἔπεσιν, inest, adest, potestas & arbitrium est: πέρι pro περίεσι, superest: sumitur etiam πέρι aduerbialiter, pro vltrà, supra modum: ἄπο pro ἄπεσιν, abest, deest: & aduer-

ἔνι, μίξις, πάρα, ἔπι, πέρι, ἄπο, ὕπο.

ποτὶ pro πρὸς Doricè.

2 aduerbialiter procul. ὕπο pro ὕπεστι, subest. 2 Pro πρὸς Dores ποτὶ dicunt: ποτὶ τὰν Αμαριλλίδα, pro πρὸς τὴν Αμαριλλίδα, ad Amarillidem. sic in compositione πόδ=γε pro πρόσαγε, admoue: ποτάγχυμεν, appropinquamus, pro προσάγχυμεν à προσάγχυμι: πτυχε, adhibe, pro πρόσεχε: προσδω, oleo, pro προσόζω, 57. ποτείδω, aspicio, pro προσείδω: ποτιμάπω pro προσμάπω, admisceo: παθοράω, inspicio, pro προβράω: vbi τ mutatum fuit in θ, quòd ο in simplici ὁράω notetur spiritu aspero.

ἀμπὶ pro ἀμφὶ Aeolicè.

3 87. 15. 3 Aeolicè ἀμπὶ: hinc ἀμπέχω, induo: ἀμπίχομαι & ἀμπέχομαι, induor, pro ἀμφέχω, ἀμφίχομαι, ex

4 ἀμφὶ & ἔχω, & ἴχομαι, habeo. 4 Tamen in fine versus ponitur ϝ etiam sequente consonâ in principio sequentis versus, vt apud Theocritum Idyllio 27.

ϝ ante consonantem.

ἀμφοτέρων ϝ
Τείχων ἄνδρες ἔβαινων.
vtrisque ex muris viri veniebant.

Hactenus de partibus orationis ea conscripsimus, quæ Græcas literas auspicantibus omnino putamus necessaria, & citra quorum cognitionem frustra legendis auctoribus operam impendãt. Nunc quæ præterea dicenda sunt de nomine & verbo, carptim & breuiter annotabimus.

ANNOTATIONES IN NOMINA ADIECTIVA.

ος, α, ον.
ος, η, ον.

1 TErtiæ declinationis masculini in ος puri aut ρος, fœmininum est 1 α: non puri, η: neutrum semper ον: ὁ ἅγιος, ἡ ἁγία, τὸ ἅγιον, *sanctus, a, um.* ὁ ἀνθρωπος, ἡ ἀνθη=

ἀνθηρὰ, τὸ ἀνθηρὸν, *floridus, a, um.* ὁ καλὸς, ἡ καλὴ, τὸ καλὸν, *bonus, a, um.* Excipe ὁ ὄγδοος, ἡ ὀγδόη per η *octauus, a.* Exceptio.

Attici ου cõmuniter accipiunt, [2] maximè in compositis & deriuatis, ὁ φιλόσοφος, *sapientiæ studiosus, a:* πάμφιλος *omnibus amicus, a:* gen. φιλόσοφου, πάμφιλου: ὁ ἡ κόσμιος, gen. κοσμίου, *ornatus, a, um.* [2] Atticismus. ου, ον.

Quartæ declinationis commune ως, neutrum ων: ὁ καὶ ἡ εὔγεως, τὸ εὔγεων, *fertilis, fertile.* ως, ών.

Quintæ commune ων, τὸ ον: ὁ καὶ [3] ἡ πέρων, τὸ πέρον, *tener, tenera, tenerum.* [3] ην, εν.

Commune ων, neutrum ον, ὁ καὶ ἡ εὐδαίμων, τὸ εὔδαιμον, *felix.* sic comparatiua, ὁ καὶ ἡ μείζων, gen. μείζονος, *maior, maius.* ων, ον.

Masculinum ας, fœmininum αινα, neutrum αν: ὁ μέλας, *niger:* πάλας, *miser:* ἡ μέλαινα, πάλαινα: τὸ μέλαν, πάλαν. Sed ὁ πᾶς, ἡ πᾶσα, τὸ πᾶν, *omnis:* sic composita ἅπας, *omnis:* σύμπας, *uniuersus.* ας, αινα, αν. Exceptio.

Masc. ης, ἡ εσσα, gen. ερ: ὁ χαρίεις, ἡ χαρίεσσα, τὸ χαρίεν, *gratiosus, a, um.* ης, εσσα, εν.

Commune ης, gen. ες: ὁ καὶ ἡ ἀληθὴς, gen. ἀληθέος, *verus.* ης, ες.

Commune ις, τὸ ι, compositum: ὁ καὶ ἡ εὔχαρις, *gratiosus:* φιλόπαρις, *studiosus patriæ:* τὸ εὔχαρι, φιλόπαρι. ις, ι.

Mas.

ύς, εῖα, ύ. Masc. ύς, ἡ εῖα, τὸ ύ: ὁ γλυκὺς, ἡ γλυκεῖα, τὸ γλυκύ, *dulcis*.

υς, υ. Commune υς, τὸ υ: ὁ καὶ ἡ ἄδακρυς, τὸ ἄδακρυ, *non lachrymans*.

ους, ουν. Commune ους, τὸ ουν: ὁ καὶ ἡ πολύπους, τὸ πολύπουν, *multipes*.

Adiectiua trium generum. 4 4 Pauca trium generum sub vna voce, ὁ ἡ τὸ ἅρπαξ, *rapax*: μάκαρ, *beatus, a, um*.

Substantiua fœmininum habentia. Fœmininum habent & substantiua, 5 ὁ λέων, *leo*: δράκων, *draco*: 5 θεράπων, *famulus*, ἡ λέαινα, *leæna*: δράκαινα, *dracæna*: θεράπαινα, *famula*: ὁ βασιλεὺς, *rex*: ἄναξ, *rex*: 6 ἡ βασίλισσα, *regina*: ἄνασσα, *regina*: ὁ ψάλτης, 7 8 *cantor*: 7 ἡ ψάλτρια, *psaltria*: 8 ὁ πρακοίτης, *maritus*: ἡ πράκοιτις, *vxor*: ὁ δεσπότης, *dominus*: ἡ δεσπότις, & δέσποινα, *domina*.

Ionismus. Dorismus. Notio de adiectiuis communibus. 1 Ionicè tamen vbique η, ἡ ἁγίη, ἡ ἀνθηρὴ, veluti ἡ καλὴ: & Doricè vbique α: ἡ vel ἁ καλὰ, ἡ vel ἁ ὀγδόα, veluti ἡ ἁγία, ἡ ἀνθηρά. Vide 21.29. & 22.7. atque 24.20.

2 2 Dixit maximè in compositis & deriuatis: nam simplicia & primitiua rarò admodum in prosa oratione communis generis inueniuntur: apud poetas verò non rarò: neque solùm adiectiua in ος, sed & quæuis participia tertiæ vel quintæ declinationis, atque etiam nomina adiectiua quintæ, quæ communiter sunt tantùm masculina. φιλόσοφος autem communiter ex φίλος, *amicus*, & σόφος, *sapiens*: πάμφιλος verò ex πᾶν, *omne*, & φίλος.

3 Porrò κόσμιος deriuatur ab ὁ κόσμος, *mundus*. 3 Dicitur etiam ἡ τέρεινα, & Ionicè τερείνη: hinc apud Euripidem τερείνην ὄψιν, *tenerum oculum*.

τέρεινα.

4 Vel

4 Vel potiùs nulla. non enim inuenitur ὁ ἅρπαξ, sed dicendum, ἁρπακτικόν. Hesiodus quidem dixit ἅρπαξ in fœminino, δὼς ἀγαθὴ, ἅρπαξ δὲ κακή, datio bona: rapina autem mala: vbi ἅρπαξ pro ἁρπαγή. neque etiam legitur ἡ aut ὁ μάκαρ: sed ἡ μάκαιρα, beata: τὸ εὔδαιμον, beatum. 5 Legitur, ὁ θέραψ, απος pro θεράπων, & ἡ θεραπενὶς, ίδος, pro θεράπαινα. Fœmininũ etiam in αινα facit λάκων, ἡ λάκαινα, Lacon, Lacæna, & apud poetas γείτων, γείταινα, vicinus, vicina: γνάθων γνάθαινα, obsonator, obsonatrix: θέων, θέαινα, deus, dea: ἰχθυοπώλης, ἰχθυοπώλαινα, ichthyopola, qui aut quæ vendit pisces: λύκος, λύκαινα, lupus, lupa: μάγειρος, μαγείραινα, coquus, coqua: μύρος, μύραινα, murus, muræna, nomen piscis: σκόρπιος, σκόρπαινα, quæ et σκορπὶς, scorpius piscis mas, scorpio fœmina: τέκτων, τέκταινα, ædificator, ædificatrix. 6 Vel ἡ βασίλινα, atque βασίλεια, accentu in antepenultima: at ἡ βασιλέια acuta penultima, est regnum. faciunt quoque fœmininum in σσα, πένης, ἡ πένησσα, pauper: πρόφρων, ἡ πρόφρασσα, beneuolus, a: φὰν, φᾶσσα, palumbus mas & fœmina: & pleraque gentilia, vt ὁ θρὰξ, ἡ θρᾶσσα, & Atticè τρᾶττα, Thrax, Thrassa, vel Threicia: dicitur etiã τρῆϊξ & τρῆϊσσα pro eodem: κρὴς, κρῆσσα, Cretensis: λίβυς, λίβυσσα, Libys, Libyssa, qui vel quæ est ex Libya: Φοίνιξ, Φοίνισσα, Phœnix, Phœnissa. at ὁ κὰρ, ἡ καρίνη & κάρεια, qui aut quæ est è Caria. & ὁ Σκύθης, ἡ Σκύθις, Scytha. 7 Sic ἡ ποιήτρια, poetria, ab ὁ ποιητὴς, οῦ, poeta. sunt & finita in τρὶς, vt ὁ αὐλητὺς, ἡ αὐλητρὶς, ίδος, tibicen, tibicina. 8 Sic ὁ ἐργάτης, ου, operarius, ἡ ἐργάτις, ιδος, operaria, operatrix: ὁ προστάτης, ου, præses, præfectus: ἡ προστάτις, ιδος, mulier quæ rei alicui præsidet, tutatrix: ὁ προφήτης, ου, propheta, ἡ προφῆτις, ιδος, prophetissa. at hæc poetica sunt. ὁ δότης, ου, ἡ δότειρα, dator, datrix: dicitur pro eodem ὁ δοτὴρ, ῆρος, & δώτηρ & δώτωρ, ἡ δώτειρα.

4 Nullum adiectiuũ trium generum sub vna voce.

Fœminina in 5 αινα.

6

7

8

NVME=

NVMERALIA CARDINALIA.

Singularia. 1 S.Masc. [1]εἷς, ἑνός, ἑνὶ, ἕνα, vnus, vnius, vni, vnum.

Fœmi. μία, μιᾶς, μιᾷ. μίαν. Neutr. ἕν, ἑνὸς, ἑνὶ, ἕν.

Dualia. 2 D. δύο, duo: & δύω Atticè: [2] δυοῖν, & δυεῖν pro fœminino.

Pluralia. P. communia. τρεῖς, τριῶν, τρισὶ, τρεῖς: tres, trium, tribus.

Neutra, τρία, τριῶν, τρισὶ, τρία, tria, trium, tribus.

3 Sic οἱ αἱ [3] τέσσαρες, τὰ τέσσαρα, quatuor: τῶν τεσσάρων, τοῖς ταῖς τοῖς τεέσσαρσι, τοὺς τὰς τέσσαρας τὰ τέσσαρα.

Indeclinabilia. 4 A quatuor vsq; ad centum sunt 4 indeclinabilia, πέντε, quinq;: [5] ἕξ, ἑπτὰ, ὀκτὼ, [6] ἐνέα, δέκα, decem. ἕνδεκα, [6] δώδεκα, δεκατρεῖς, δεκατέσσαρες, δεκαπέντε, δεκαὲξ, δεκαεπτὰ, δεκαοκτὼ, δεκαεννέα, [7] εἴκοσι, viginti: εἰκοσιεῖς, εἰκοσιδύο, &c. τριάκοντα, τεσσαράκοντα, πεντήκοντα, ἑξήκοντα, ἑβδομήκοντα, [8] ὀγδοήκοντα, ἐνενήκοντα, ἑκατὸν, cētum: hinc iam declinantur, οἱ διακόσιοι, αἱ διακόσιαι, τὰ διακόσια, ducenti, tæ, ta: τριακόσιοι, τεσσαρακόσιοι, πεντακόσιοι, ἑξακόσιοι, ἑπτακόσιοι, ὀκτακόσιοι, ἐννεακόσιοι, χίλιοι, mille: διχίλιοι, τριχίλιοι.

Declinabilia.

λιοι, τετρακισχίλιοι, πεντακισχίλιοι, ἑξακισχίλιοι, ἑπτακισχίλιοι, ὀγδοακισχίλιοι, ἐννεακισχίλιοι, μύριοι, decies mille: δισμύριοι, τρισμύριοι: & ita in reliquis.

Ordinalia, πρῶτος, primus: δεύτερος, τρίτος, τέταρτος, πέμπτος, ἕκτος, ἕβδομος, ὄγδοος, ἔνατος, δέκατος, decimus: ἑνδέκατος, δυοκαιδέκατος, τρισκαιδέκατος, &c. εἰκοστὸς, vicesimus: εἰκοστὸς πρῶτος, εἰκοστὸς δεύτερος, &c. τριακοστὸς, τεσσαρακοστὸς, πεντηκοστὸς, ἑξηκοστὸς, ἑβδομηκοστὸς, ὀγδοηκοστὸς, ἐννενηκοστὸς, ἑκατοστὸς, centesimus: διακοσιοστὸς, τριακοσιοστὸς, &c. χιλιοστὸς, millesimus, δισχιλιοστὸς, μυριοστὸς, decies millesimus: δισμυριοστὸς: & sic deinceps. *Ordinalia.*

οὐδεὶς & μηδεὶς ex εἷς composita, 48. 27. & 49. 10. declinatur etiam in plurali, οὐδένες, μηδένες, nulli, οὐδένας, μηδένας, nullos. 2 δυοῖν est omnis generis: pro quo poetæ dicunt in datiuo, δυσί. dicunt etiam δύο per omnes casus, præterquam in datiuo. Hîc notandum hoc nomen re vera duale, iungi substantiuis & articulis ac verbis non solùm dualibus, sed etiam pluralibus. Inuenitur quoque genitiuus pluralis τῶν δυῶν. 3 Ionicè τέσσερες: Doricè τοὶ τοὶ τέτορες, τεσόρων, τεσόρεσι, 58. 16. τέτορας: τὰ τέτορα. Poeticè οἱ αἱ πίσυρες, τὰ πίσυρα, τῶν πισύρων, τοῖς τοῖς τοῖς πισύρεσι, τοὺς τὰς πίσυρας: τὰ πίσυρα: Aeolicè οἱ αἱ πίσυρες, & cet. 4 Inuenitur tamen δυοκαίδεκον pro δώδεκα vel δυοκαίδεκα: et τριηκόντων pro τριάκοντα, quod Ionicè dicitur τριήκοντα verso α in η: sic τεσσερήκοντα pro τεσσαρά=

1 οὐδένες. μηδένες. 2 δυοῖν δυσί δύο. 3 τέσσερες. τέτορες. πίσυρες. πίσυρες. 4 δυοκαίδεκον. τριηκόντων.

ἕξ & ἑκ. Annotatio.

5 τεσσαράκοντα: & διακόσιοι pro διακόσιοι. 5 ἕξ in compositione præpositum consonanti fit ἑκ, vt ἑκκαίδεκα, sedecim. 6 Vel δυοκαίδεκα, addita coniunctione copulatiua καὶ, & præposito minori numero: sic τρισκαίδεκα, τεσσαρεσκαίδεκα, πεντεκαίδεκα, &c. vt vna dictio composita. vel etiam vt tres dictiones, δύο καὶ δέκα, τρεῖς καὶ δέκα. 7 Doricè εἴκατι. 8 Ionicè ὀγδώκοντα.

Numeratiua in πλοῦς πλάσιος & άς.

Deriuantur & alia numeratiua ab his numeralibus finita in πλοῦς, πλάσιος, & ὰς, vt διπλοῦς, τριπλοῦς, τετραπλοῦς, πενταπλοῦς, ἑξαπλοῦς, ἑπταπλοῦς, ὀκταπλοῦς, ἐννεαπλοῦς, δεκαπλοῦς, &c. Id est, duplex, triplex, &c διπάσιος, τριπλάσιος, τετραπλάσιος, πενταπλάσιος, ἑξαπλάσιος, ἑπταπλάσιος, ὀκταπλάσιος, ἐννεαπλάσιος, δεκαπλάσιος, &c. Finita in ας fœminina sunt, ἡ μονὰς, δυὰς, τριὰς, τετρὰς, πεμπτὰς, ἑκτὰς, ἑπτὰς, ὀγδοὰς, ἐννεὰς, δεκὰς, χιλιὰς, μυριὰς, vnitas, duitas, trinitas, quaternitas, quinarius, senarius, septenarius, octonarius, nouenarius, denarius, millenarius, decies millenarius. Et illa quæ dierum spatium significant, τριταῖος, τεταρταῖος, πεμπταῖος, ἑκταῖος, ἑβδομαῖος, ὀγδοαῖος, ἐνναταῖος, δεκαταῖος, δωδεκαταῖος, tertianus, quartanus, quintanus, &c. id est, erumpens aut aliquid agens die tertio, quarto, quinto, sexto, &c.

Dialia in ταῖος.

GRADVS COMPARATIONIS.

τερος, τατος.

COmparatiuus in τερος: Superlatiuus in τατος, Quæ verò terminationes adiectiuorum admittãt comparationẽ, & qua ratione aut litera tollatur, aut vocalis permutetur, planum est ex sequentibus exẽplis, quæ in singulis terminationibus collocauimus loco præceptionũ.

ος,

ος { εὔδοξος, εὐδοξότερος, ότατος, *glorioſus.* / πρᾶος, πρᾳότερος, πρᾳότατος, *mitis.* / σοφὸς, σοφώτερος, σοφώτατος, *ſapiens.* } ος ότερος. ώτερος.

ων σωφρων,[1] σωφρονέστερος, σωφρονέστατος,[1] *modeſtus.* ων ονέστερος.

ας μέλας,[2] μελάντερος, μελάνταλος, *niger.*[2] ας άντερος.

ης χαείς, χαειέστερος, έσατος, *gratioſus.* ης έστερος.

ης εὐσεβὴς, εὐσεβέστερος, εὐσεβέσατος, *pius.* ης έστερος.

ους ἁπλοῦς, ἁπλούστερος, ἁπλούσταλος, *ſimplex.* ους ύστερος.

υς βαρὺς, βαρύτερος, βαρύτατος, *latus.* υς ύτερος.

Ex ος,[3] præcedente longa vocali vel natura vel poſitione, fit ότερος, et ότατος per ο μικρὸν: vt εὔδοξος, πρᾶος: alioqui ſi præit breuis per ώτερος, et ώτατος vt σοφός. At κενὸς, κενότερος, κενότατος; *vacuus:* ſενὸς, ſενότερος, ſενότατος, *anguſtus.* [3] *Annotatio.*

Irregulariter comparantur ἀγαθὸς, *bonus:* cõparatiuus, ἀμείνων, ἀρείων,[4] βελτίων, κρείττων, λωίων, *melior:* ſuperlatiuus ἄριστος, βέλτιστος, κράτιστος, λῷστος, et quandoque ἀγαθώτατος, *optimus.* [4] *Comparationes irregulares.*

Κακὸς, *malus:* comparatiuus,[5] κακίων, χείρων,[6] χερείων, *peior:* ſuperlatiuus, κάκιστος, χείριστος, *peßimus.* [5] [6]

καλὸς,[7] καλλίων, κάλλιστος, *pulcher.* [7]

αἰσχρὸς, αἰσχίων, αἴσχιστος, *turpis.*

ἐχθρὸς, ἐχθίων, ἔχθιστος, *inimicus.*

O ῥᾴδιος,

ῥᾴδιος, ῥᾴων, ῥᾴστος, *facilis.*

8 λάλος, [8] λαλίστερος, λαλίστατος, *loquax.*

9 φίλος, [9] φίλτερος, [10] φίλτατος, per syn-

10 copen pro φιλώτερος, φιλώτατος, *amicus.*

11 μέγας, [11] μείζων, μέγιστος, *magnus.*

12 πολὺς, [12] πλείων, πλεῖστος, *multus.*

ύτερος, ύτατος, ίων, ιστος. 13 Hæc, [13] βαθὺς, *profundus:* βραδὺς, *tardus:* γλυκὺς, *dulcis:* ἡδὺς, *suauis:* παχὺς, *crassus:* τάχυς, *celer:* ὠκὺς, *velox,* habent ύτερος et ύτατος, vt εὐρύς: vel ίων et ιστος, βαθίων, βά-

14 θιστος. ceterũ ταχὺς, etiam facit [14] θάσσων.

μικρὸς, μικρότερος, μικρότατος, *par-*

15 *uus:* vel comparatiuus, [15] ἐλάττων, ἥττων, μείων: superlatiuus, ἐλάχιστος.

Comparatio in substantiuis. 16 Comparatio et ex [16] substantiuo κέρδος, *lucrum,* κερδίων, *lucrosior,* κέρδιστος, *lucrosissimus.*

In verbis. 17 Etiam in verbis locum habet, [17] βάλλω, *mitto,* βέλτερος, βέλτιστος, *melior, optimus:* φέρρω, *fero,* φέρτερος, *præstantior,* φέρτιστος, φέρισος, et φέρτατος, *præstantissimus.*

In aduerbijs. In aduerbiis, ἄνω, *suprà,* ἀνώτερος, ἀνώτατος, *superior, supremus:* κάτω, *infrà,* κατώτερος, κατώτατος, *inferior, infimus:* μάλα, *valdè,* μᾶλλον, μάλιστα, *magis, maximè:* πόῤῥω, *longè,* πρῤῥώτερος, πρῤῥώτατος, *lon-*

18 *gior, longissimus:* [18] πέρα, *vltrà,* περαιτέρω, περαί-

περαίτατον, vlteriùs, vltimùm: ἐγγύς, propè, ἐγγύτερος, ἐγγεύτατος, vel ἐγγίων, ἔγγιστος, propior, proximus: ἔξω, extrà, ἐξώτερος, ἐξώτατος, exterior, extimus[19]. 19

In participio ἐῤῥωμένος, validus, ἐῤῥωμένεστερος, ἐῤῥωμένεστατος, validior, validissimus. *In participijs.*

In præpositionibus, ὑπὲρ, supra, ὑπέρτερος, ὑπέρτατος, superior supremus: πρὸ, ante, πρότερος, prior, πρότατος, et eliso τ factaque crasi, πρόατος, πρῶτος, primus. *In præpositionibus.*

Tamen ὁ κὰ ἡ πέπων, ονος, maturus, mollis, facit 1
πεπαίτερος, maturior, mollior. 2 Sic à τάλας, miser, 47. 2
3. & 203.18. fit ταλάντερος, ταλάντατος, miserior, miserrimus. his duobus similia non inueniuntur. 3 Tamen ex 3
κακόξενος, id est, qui malè aut neminem hospitio excipit, dixit κακοξενώτερος. nam simplex est ξένος, hospes: pro quo poetæ ξεῖνος. 4 Αρείων & λῴων poetica 4
sunt. sic λῷστος & ἀγαθώτατος, à communi ὁ ἡ λῴων, neutrum τὸ λῴον, & crasi Attica λῷον, 21.21. & 60.6. Pro βελτίων poetæ dicunt βέλτερος: quod Clenardus format à verbo βάλλω. Pro κρείττων Attico commune est κρείσσων, Doricè κρέσσων & κάῤῥων. 5 Poeticè κακώτερος. 6 χερείων poeticum est. datiuus χερείονι, verso ϙ 6
in η & syncope literarum ον, χέρηϊ. sic in accusatiuo χέρηα pro χερείονα: & in nominatiuo plurali χέρηες pro χερείονες. 7 καλλίων & κάλλιστος videntur formari à substantiuo τὸ κάλλος, εος, pulchritudo. 8 λαλίστερος & λαλίστατος Attica sunt. Attici enim non raro à positiuis in ος formant comparatiua in ίστερος, & superlatiua in ίστατος: vnde sunt illa ὀλίγος, paucus, ὀλιγίστατος atque ὀλίγιστος, paucissimus. λαγνὸς, libidi-

κακοξενώτερος.
βέλτερος.
κρείσσων.
κάῤῥων.
κακώτερος.
χέρηϊ, χέρηα, χέρηες.
Atticismus.
ος, ίστερος, ίστατος.
ὀλίγιστος.

libidinosus, λαγνίστερος, λαγνίστατος, *libidinosiss.* ὀψοφάγος, *obsonator*, ὀψοφαγίστατος, *obsonijs deditiss.* Atq; *horum formam sequuntur* ὁ ἡ ἀλαζών, όν ος, *superbus*, ἀλαζονίστατος, *superbiss.* ὁ ἅρπαξ, αγος, *rapax*, ἁρπαγίστατος, *rapaciss.* ὁ βλὰξ, βλακὸς, *mollis*, βλακίστατος, *molliss.* ὁ κλέπτης, ου, *fur*, *qui res alienas aufert, atque callidus, & taciturnus*, κλεπτίστατος, *furaciss. callidiss. & maximè taciturnus*: ὁ πλήκτης, ου, *mordax*, πληκτίστατος, *mordacissimus*: ὁ πότης, ου, *potor*, *bibulus*, ποτίστατος, *potor maximus*: ὁ ἡ ψευδὴς, έος, *mendax*, ψευδίστατος, *mendacissimus*. Iones autem pro Atticis ίστερος & ίστατος dicunt έστερος & έστατος: *quibus tamen Attici quoque interdum vtuntur: vnde illa*, αἰδοῖος, αἰδοιέστερος, *venerabilis*, *lior*: ἄκρατος, ἀκρατέστερος, ἀκρατέστατος & Ionicè ἀκρητέστατος, *merus*, *purus*, *rior*, *rissimus*: ἄμορφος, ἀμορφέστερος, ἀμορφέστατος, *deformis*, *ior*, *issimus*: ἀναγκαῖος, ἀναγκαιέστατος, *necessarius*, *maximè necessarius*: ἀνιηρὸς, ἀνιηρέστερος, *molestus*, *molestior*: ἄτρυτος, ἀτρυτέστερος, *labore carens*, *facilis*, *facilior*: ἀρχαῖος, ἀρχαιέστερος, *antiquus*, *antiquior*: ἄσμενος, ἀσμενέστερος, ἀσμενέστατος, *lubens*, *lubentior*, *issimus*: *hinc* ἀσμενέστατα, *libentissimè*, *cupidissimè*: ἄφθονος, ἀφθονέστερος, ἀφθονέστατος, *abundans*, *tior*, *issmus*: ἀφυγὸς, ἀφυγέστερος, ἀφυγέστατος, *locuples*, *locupletior*, *issimus*: γενναῖος, γενναιέστατος, *generosus*, *issimus*: δίκαιος, δικαιέστερος, *iustus*, *iustior*: ἐπιτήδειος, ἐπιτηδειέστατος, *commodus*, *dissimus*: ὄψος, ὀψιέστερος, *atque* ὀψίτερος, *flagitiosus*: *item tardè veniens*: σπάνιος, σπανιέστερος, *rarus*, *rarior*: σπουδαῖος, σπουδαιέστερος, σπουδαιέστατος, *studiosus*, *ior*, *issimus*. πτωχὸς, πτωχέστερος & πτωχίστερος, *pauper*, *rior*: ῥᾴδιος, ῥᾳδιέστερος, *facilis*, *facilior*: ὑπέρθυμος, ὑπερθυμέστατος, *elatus*, *issimus*: ὡραῖος, ὡραιέστατος, *pulcher*, *errimus*. 9 Et Atticè φιλαίτερος & φιλαίτατος. Nam Attici à positiuis in ος, *sæpe formant comparatiua in* αίτερος, & *superlatiua*

Ionismus. ος, έστερος, έστατος.

ἀσμενέστατα.

ὀψίτερος.

πτωχίστερος.

Atticismus. ος, αίτερος, αίτατος.

τιμὰ in αἵτατος: vnde illa, ἥσυχος, ἡσυχαίτερος, quietus, tior: ἴδιος, ἰδιαίτερος, ἰδιαίτατος, peculiaris, magis pecul. maximè peculiaris: ἴσος, ἰσαίτερος, ἰσαίτατος, æquus, tior, issimus: μέσος, μεσαίτερος, μεσαίτατος, medius, magis medius, maximè medius: μοιχὸς, μοιχαίτατος, & μοιχοίτατος, adulter, maximus adulter siue mœchus: μυχὸς, locus abditus, μυχαίτατος, & μυχοίτατος, atque μύχατος, intimus: πλήσιος, πλησιαίτερος, & Ionicè πλησιέστερος, propinquus, propinquior: πρώϊος, πρωϊαίτερος, πρωϊαίτατος, maturè veniens, maturior, maturrimus. 10 Poeticè φίλιος. 11 Et poeticè μάσσων: qua voce vsus est & Xenophon. 12 Poeticè πλέων: neutrum πλέον, plus, & Atticè πλεῖν, ac Ionicè πλεῦν, πλεῖνος. 13 His adde βραχὺς, breuis, βραχύτερος, βραχύτατος, vel βραχίων, βράχιστος, breuior, breuissimus. 14 Sic βαθὺς, βάσσων, βραδὺς, βράσσων βραδίων, βράδιστος, & βραδύτερος, βραδύτατος: γλυκὺς, γλύσσων γλυκίων, γλύκιστος, & γλυκύτερος, γλυκύτατος: παχὺς, πάσσων παχίων, πάχιστος, & παχύτερος, παχύτατος.

15 Ἐλάττων & ἧττων Attica sunt, communiter ἐλάσσων & ἧσσων: atque vt βάσσων formatur à βαθὺς, & reliqua in σσων, de quibus numero præcedēte, ab vs, sic ἐλάσσων, ab ἐλαχὺς, parvus, vilis, pauper: quod etiam vt præcedentia format ex se ἐλαχύτερος, ἐλαχύτατος, & ἐλαχίων, ἐλάχιστος: vnde ἐλάχιστα, minimè, pauciſſimè: hinc etiam aliud comparatiuum ἐλαχιστότερος, infimior. nam apud poetas non rarò comparatiua & superlatiua nunc à comparatiuis & nunc à superlatiuis ducuntur: ἄσσον, propriùs, ἀσσοτέρω, proximius, ἀσσοτάτω, proximè: est autem ἄσσον, comparatiuum pro ἔσσον, verso σ in α longum, ab ἔσσων positiui ἐγγὺς, quod comparatur vt βαθὺς, βαθύτερος, βαθίων βάσσων, ἐγγὺς, ἐγγύτερος ἐγγίων ἔσσων, neutrum ἔσσον, vnde ἄσσον. ἔσχατος, extremus, superlatiuum sine positiuo: hinc ἐσχατώτατος, omnium extremus κακὸς, malus, χερείων, peior, hinc χερ-

μοιχοίτατος.
μυχοίτατος.
μύχατος.
πλείων, ὃ πλέον, πλεῖν πλεῦν.
ἐλάσσων ab ὺς.
ἐλάσσων.
ἐλάχιστα.
Cõparatiua & superlatiua à cõparatiuis & superlatiuis.

ότερος, multò peior: superlat. χείριστος, peßimus, vnde χειριστότερος, multò peior. κύδιος, clarus, honorificus, κύδιστος, illustriß. hinc κυδίστατος, omnium illustriß. ἀγαθὸς, bonus. λῴιων, melior, hinc λωΐτερον, multò melius. πρὸ, πρότερος, ante, rior, προτεραίτερος, prior, multò anterior. ῥᾴδιος, facilis, ῥᾴων, facilior, hinc ῥᾴόστερον & Ionicè ῥῄιτερον, facilius, & ῥῄιτερος, facilior. dicunt etiam Iones ῥῄιδιος, & ῥῄιος poeticè pro ῥᾴδιος, dißoluta diphthongo & verso α in η: hinc ῥηΐδιως pro ῥᾳδίως, facilè, & ῥῄιστος pro ῥᾷστος, limus, vnde ῥῄιστα
16 pro ῥᾷστα facilimè.[16] Sic ὁ βασιλεὺς, rex, βασιλεύτερος pro βασιλικώτερος, id est, qui maiori est regno præditus, βασιλεύτατος, inter reges primus, regno dignißimus. θεὸς, Deus, θεώτερος, diuinior. ὁ μῆκος, εος, longitudo, μήκιστος, longißimus, hinc μήκιστα, longißimè: sunt qui malint referre ad ὁ ἡ μηκὴς, έος, prolixus: alij ad μακρὸς, ῦ, longus. ὁ πῖος, πίεος, pingue, πιότατος, pinguißimus. ὁ ὕψος, εος, altitudo, ὑψίτερος, altior, ὕψιστος, altißimus:
17 vel ab aduerbio ὕψι, alté.[17] Sunt qui malint ducere βέλτερος & βέλτιστος à βούλομαι, volo, cupio, vt ab opto, optimus. sic à δέω, ligo, conijcio in vincula, poeticè δεύω, δεύτερος, secundus, posterior, inferior, δεύτατος, secun-
18 dus, vltimus.[18] πέρα ante consonantes, & πέραν ante vocales. Porrò πέραιτέρω & περαίτατον aduerbia à nominibus περαίτερος & περαίτατος facta eße haud inconuenienter dicere poterimus. Nam sæpenumero aduerbia ducuntur à nominibus comparatiuis & superlatiuis: ac modò quidem similia sunt neutro vel singulari vel plurali: modò formantur à genitiuo plurali in ων, abiecto ν, vel in s mutato: vt πρῶτον, πρῶτα, vel cum articulis τοπρῶτον, τὰ πρῶτα, & πρώτως, primùm, à πρῶτος, primus. sic ἀληθέστερον, ἀληθέστερα, ἀληθεστέρως, veriùs, ab ὁ ἡ ἀληθὴς, ἀληθέστερος, verus, verior: atque sine s, ἐγγυτέρω, propiùs, ἐγγυτάτω, proximè, ab ἐγγὺς ἐγγύτερος, ύτατος, propè, propior, proximus: ἐνδοτέρω, interiùs, ἐνδοτάτω,

Aduerbia ducta à nominibus comparatiuis & superlatiuis.

τάτω, intimè, ab ἔνδον, ἐνδότερος, ἐνδότατος, intus, interior, intimus seu penitissimus: ἐκποτέρω, longius, vlterius, ἐκαστάτω, longissime, ab ἔκπο seu ἔκὰς, de longe, procul à: ἐξωτάτω, extime, ab ἔξω, ἐξώτερος, ἐξώτατος, extra, exterior, extimus: κατωτέρω, inferius, κατωτάτω, infime, à κάτω, κατώτερος, κατώτατος, infra, inferior, infimus: μακροτέρω & μακρότερον, longius, vlterius, à μακρὸς, longus, μακρότερος, longior: quod & μακρίων & μάσσων, longior: significat & maior, tum refertur ad μέγας. παροιτέρω & παροίτερον, prius, vlterius, à πάρος, παροίτερος, παροίτατος, antea, prior, primus. πρόῤῥωτέρω & πρόῤῥώτερον, longius, πρόῤῥωτάτω & πρόῤῥώτατα, longissime, à πρόῤῥω, πρόῤῥώτερος, πρόῤῥώτατος, longe, longior, longissimus. προσωτέρω, vlterius (vnde τὰ προσωτέρω, vlteriora) προσωτάτω & προσώτατα, longissime, à πρόσω, προσώτερος, προσώτατος, vltra, vlterior, vltimus seu longissimus. sic πρωϊτέρω & πρωϊτάτω, à nominibus πρωϊτέρος & πρωϊτάτος, vlterior & vltimus: hæc verò fiunt à positivo πρωΐος, id est, qui est vltra, exterior. Attici enim à quibusdam positivis in αιος formant comparativa in αίτερος, & superlativa in αίτατος, pro αιότερος & αιότατος, syncopato videlicet ο: vnde sunt illa, μαιὸς, γεραίτερος, γεραίτατος, senex seu antiquus, ior, issimus: παλαιὸς, vetus, senex, παλαίτερος, antiquior (hinc παλαίτερον, iam pridem, antea) παλαίτατος, simus, παλαίτατοι, qui sunt ætate proiectissima: χολαιὸς, χολαίτερος, tardus, tardior. 19 His, atque illis quæ præcedenti scholio enumerata sunt, adde ἄφαρ, statim, continuo, ἀφάρτερος, celerior. ὀπίσω, retro, pone, ὀπίσερος, posterior, sequens à tergo, ὀπίσατος, postremus, vltimus.

Atticismus. αιος, αίτερος, αίτατος.

VERBALIA.

PRoficiscuntur à [1] personis perfecti [1] passiui, ablato augmento.

Formatio verbalium in

μα. 2 [2] A prima persona fiunt finita in μα et

μ Θ. 3 μΘ, [3] πέπραγμαι, *egi, rem gessi:* βᾶ πρα-
4 γμα, *factum, negotium, res,* [4] ἔψαλμαι, *cantatus sum:* ὁ ψαλμὸς, *cantus, psalmus.*

ις. 5 A secunda ις, [5] λέλεξαι, *dictus es:* ἡ λέξις, 5

ια. 6 7 *dictio:* et ια, sed ferè cum [6] α, βυ, δυς, [7] κέκρι
Θαι, *iudicatus es:* ἀκρισία, *indiscretio, nullus*
8 *delectus:* [8] τέταξαι, *ordinatus es:* δύταξία, *bo-*
3 *nus ordo, disciplina.* [3] πέπραξαι, *egisti, rem ges-*
sisti: δυσπραξία, *infelicitas in rebus gerendis.* 10

της. ζος. τηρ. 9 9 A tertia της, ζος, τηρ, τήριον, ζομ: [10] πε-
τήριον. ζον. 10 ποίηται, *fecit:* ὁ ποιητὴς, *factor, poeta.* [11] ἤκρο-
11 σαι, *auditus est,* ὁ ἀκροατὴς, *auditor.* [12] κεχά-
12 ραγται, *signatus est:* ὁ χαρακτὴρ, *signum.* [13]
13 πώπται, *potus est:* τὸ ποτήριον, *poculum.* [14] 15
14 δεδίδακται, *doctus est:* τὸ δίδακτρον, *pretium*
docendi.

Et ab hac persona formantur et illa in

τέον. 15 έον, quæ tanquã gerundia sunt, [15] γέγρα-
πται, *scriptum est:* γραπτέον, *scribendum est.* 20

Annotatio. Quòd si tribus generibus varientur, velu-
ti gerundiua fuerint: ὁ γραπτέος, ἡ γρα-
πτέα, βᾶ γραπτέον, scribendus, da, dum.

Annotatio. 1 *Hæ personæ (vt antea dictum est) desinunt, prima*
quidem in μαι, secunda verò in σαι, ται, ξαι, & tertia 25
in ται. Litera verò quæ in verbis has terminationes
αίνω, αμ- *præcedit in verbalibus non rarò mutatur in aliam, vel*
μαι, ασμα *omnino deperditur: vt φαίνω, appareo, πέφαμμαι, φά-*
pro αμμα. *σμα, visio, non φάμμα: idem accidit plerisque aliis*
factis

factis à verbis in αίνω, *vel à polysyllabis in* ύνω. ξηραίνω, *sicco*, ἐξήρανσαι, *vnde* ἡ ξήρανσις & ξηρασία, *siccitas*, *pro* ξηρανσία: *sic à* θερμαίνω, *calefacio*, θέρμανσις & θερμασία, *calor*: ἰσχναίνω, *attenuo*, ἴσχνανσις & ἰσχνασία, *attenuatio*: ὑγραίνω, *humecto*, ὕγρανσις & ὑγρασία, *humectatio*, *humiditas*: φλεγμαίνω, *inflammor* φλέγμανσις & φλεγμασία, *inflammatio*. 2 *Atque finita in* μων, μνάομαι, *reminiscor*, μέμνημαι, *memini*, *vnde* ὁ ἡ μνήμων, ονος, *memor*: *hinc etiam ducitur* μνήμη, *memoria*: *sic* γνώμη, *sententia*, *ab* ἔγνωσμαι. 159. 10. *abiecto* σ. 3 *A themate* πράττομαι *vel* πράττω, μ. ξω, *ago*, *rem gero*. 4 *Vide* 112. 10. 5 *Vide* 110. 13. 6 α *in compositione varia significat*: *tamen ferè semper priuandi vim habet*, *vt hoc loco*. ευ *in compositis significat facilè*, *procliuè*, *pronum*, *bonum*, *scitè*, *appositè*: *eius contrarium est* δυς; *quod significat in compositione difficultatem*, *impossibilitatem*, *malum & perniciosum*. 7 *Vide* 113. 23. 8 *A themate* τάττω, μ. ξω, *ordino*, *dispono*. 9 *Atque* τωρ, κτάομαι, *possideo*, κέκτητ), *vnde* ὁ κτήτωρ, ορος, *possessor*, & τρα, φλογίζω, *exuro*, πεφλόγισται, φλογίστρα, *fossa*, *in qua mactabantur sues*, *eorumq; setæ flammis absumebantur*. *vocabatur etiam* εὔστρα, *quod & ipsum verbale est*, *ab* εὔσται, *verbi* εὕω, *idem quod* φλογίζω. *Hinc quoque formantur quædam poetica in* τυς, κιθαρίζω, *cithara ludo*, κεκιθάρισται, ἡ κιθαριστὺς, ύος, *ars cithara ludendi*: *hinc quoque* ὁ κιθαριστὴς, οῦ, *citharista*, *citharœdus*: *vnde rursus*, ἡ κιθαριστρὶς, ίδος, *citharistria*. *nam à verbalibus non raro ducuntur alia nomina*, *vt à* πρᾶγμα, ὁ πραγματεὺς, έος, *negotiator*, πραγματικὸς, *ad rem maximè pertinens*, πραγμάτιον, *negotiolum*, πραγματώδης, εος, *difficilis*, *intricatus*. *à* σώζω, *seruo*, σέσωσται, *hinc abiecto* σ, ὁ σωτὴρ, ῆρος, *seruator*, *vnde* ἡ σώτηρα, *seruatrix*, & ὁ σωτήριος, *salutaris*, *vnde rursus* ἡ σωτηρία, ας, *salus*, & σωτηριώδης, *saluber*, *atque* σωτηριακὸν, *pretium quod pro funeris elatione datur*. 10 *Vide* 138. 7. 10

αίνω ανσαι, ασία *pro* ανσία.

2 μων. μη.

3 πέπραγμαι.

4 5 *Quid significent in compositione* α ευ & δυς.

8 7 8 τέτοξαι.

9 τωρ.

τρα.

τυς.

κεχάρακτ. πέπωτ.

11 11 Vide 114.14. 12 A ~~χαράττω~~, μ ξω, ~~sculpo signo, imprimo~~. 13 πέτρωτ non est in vsu, ac regulariter dicendum est 13 πέπωτ per ω μέγα, à πέτνω, ~~bibo~~, futur. πώσω, præteritum πέπωκα, tanquam à πόω, μ. ώσω, vt dicetur in Inuestigatione thematis, in verbo πίνω: tamen τρτήριον scribitur per ο μικρόν. nam, vt superius diximus, litera quæ præcedit terminationes μαι, σαι, ται, interdum mutatur in aliam in verbalibus, præcipuè vero à verbis in ἐω, άω, όω disyllabis: sed in huiusmodi (vt postea dicetur) si penultima verbalis sit longa, ducetur tanquam à verbo circunflexo: si sit breuis, tanquam à verbo in μι. Vide Inuestigationem thematis in verbo ἔχω.

Annotatio.

14 14 Vide Inuestigationem thematis in verbo διδάσκω. 15 A ~~γράφω, scribo~~.

γέγραπται.

Appendix. Verbalia in ος & η ducta à præterito med. βόλος & βολὴ à βάλλω. εία ab εύω.

Deducuntur præterea infinita penè verbalia à perfecto medio, ablato quoque augmento, & verso α in ος aut η, vt à ~~λέγω, dico~~, perfectum medium λέλογα, vnde ~~ὁ λόγος, sermo~~: sic ab ~~ἐπιστέλλω, mitto~~, perfectum medium ἐπέστωλα, vnde ~~ἡ ἐπίστολη, epistola~~. Porrò quæ fiunt à ~~βάλλω, iacio~~, & compositis, penultimam per ο efferunt, ~~ὁ βόλος & ἡ βολὴ, iactus~~.

Fiunt quoque plurima verbalia à verbis in εύω, migrante εύω in εία: ~~βασιλεύω, regno, ἡ βασιλεία, regnũ~~.

Appendix de quatuor residuis nominũ deriuatorum formis: nempe patronymicorum, possessiuorum, diminutiuorum & denominatiuorum.

Cùm è septem nominum deriuatorum formis, tres tantùm Clenardus attigerit, nempe nomina comparatiua, superlatiua & verbalia, videtur hic locus exigere, vt de alijs quoque aliquid dicamus, ac primum quidem de patronymicis: deinde verò de possessiuis, diminutiuis ac denominatiuis. Patronymicum igitur nomen est, quod deduci-

ducitur à patris nomine, & filium significat, vt ἀμφίων, κρονίδης, Saturnus, Saturnides vel Saturnius, id est, Saturni filius. Interdum etiam, sed raro, ab aui nomine formatur, præcipuè si à Ioue originem traxerit, vt Αἰακὸς, Αἰακίδης, Aeacus, Aeacides, id est, Aeaci nepos. Aliquando etiam, sed rarius, à matris nomine, vt ἡ λητὼ, τῆς λητόθ, ὁ λητῷδης, Latona, Latonides, nempe Apollo Latonæ filius. Ducuntur vero patronymica masculina, à tribus declinationibus: à prima quidem verso ας vel ης in άδης, Αἰνείας, Αἰνειάδης, Aeneas, Aeneades: Ἱππότης, Ἱπποτάδης, Hippotes, Hippotades, à tertia verò, verso θ in ίδης, πρίαμος, πριαμίδης, Priamus, Priamides: vel etiam in άδης, quum scilicet terminationem præcedit ι, ἥλιος, ἡλιάδης, Sol, Solis filius. à quinta autem, mutando υς genitiui in ίδης, ὁ πηλεύς, τοῦ πηλέος, ὁ πηλείδης, & crasi πηλείδης. quum enim terminationem ίδης præcedit ε vel ο, vocales ει & οι coalescunt in diphthongos ει, οι. Ceterùm in πηλεύς & reliquis in εύς, genitiuus Ionicus est έος, vnde quoque formatur patronymicum, τοῦ πηλῆος, ὁ πηλῆϊάδης, & epenthesi τοῦ α poetis in patronymicis familiari, ὁ πηλεϊάδης, τοῦ πηλεϊάδου, & Ionicè πηλεϊάδεω, apud Homerum primo versu Iliados. Vtuntur etiam interdum poetæ in patronymicis syncope, epenthesi contraria: vt ὁ Ηετίων, τοῦ Ηετίωνος, ὁ Ηετιωνίδης, & syncope Ηετίδης, Eetides Eetionis filius. Iones autem patronymica in ίδης formant in ίων, κρονίδης, κρονίων: πηλείδης, πηλείων: sic à Ἰάπετος, Ἰαπετίδης, Ionicè ὁ Ἰαπετίων, τοῦ Ἰαπετίωνος, systole Ἰαπετίονος, à quo genitiuo aliud rursus patronymicum formatur, ὁ Ἰαπετιονίδης, Iapeti filius, nempe Promotheus, apud Hesiodum. Patronymica fœminina formantur eodem modo à primitiuis: sed quum masculina desinunt in άδης aut ίδης, fœmin. reiecto δη, desinunt in άς, aut ίς: vt ὁ ἥλιος, ὁ ἡλιάδης, ἡ ἡλιάς: ὁ κάδμος, Cadmus, ὁ καδμίδης, ἡ καδμίς: et poeticè inserto η (vt sæpe

Patronymicum quid, & vnde ducatur.

A patre.

Ab auo.

A matre.

Patronymicorum masculinorum formatio.

Annotatio.

Ab εύς, ῆος, fit ῆϊδης & ηϊάδης. Epenthesis τοῦ α.

Syncope.

Ionismus. ίων pro ίδης Ἰαπετιονίδης.

Patronymicorum fœminarum formatio.

άς. ίς.

ίνη.

ιώνη.
Ικαριώνη.

Possessiuorũ terminationes.
κὸς, δος, ινος, ιος, ώδης, δς.

(vt sæpe aliàs fit) ἡ κοδμηΐς. Pauca etiam fœmmina inueniuntur finita in ίνη: vt ὁ Ἄδραστος, ἡ Ἀδράστίνη, Adrastus, Adrasti filia: tamen præcedente altero ι, desinunt in ώνη: ὁ Ἠετίων, ἡ Ἠετιώνη, Etion, Etione Etionis filia. Porrò ab ὁ Ἰκάριος fit Ἰκαριώνη, Penelope Icari filia. Et hactenus de patronymicis.

Possessiua verò quæ tam à proprijs quàm appellatiuis deriuantur, desinunt in κὸς, δος, ινος, ιος, atque ώδης & δς, quæ plenitudinem quandam indicant: ἀνθρωπικὸς, ἀνθρώπδος, ἀνθρώπινος, humanus, ab ἄνθρωπος, homo: ἡ θάλασσα, mare, ὁ θαλάσσιος, marmus: ὁ λίθος, lapis: ὁ κ, ἡ λιθώδης, εος, lapidosus: ἡ χάρις, gratia, ὁ χαρίδς, εντος, gratiosus: ἡ ἄμαθος, arena, ὁ κ, ἡ ἀμαθώδης, εος, & ὁ ἀμαθόδς, εντος, arenosus.

Et hæc de possessiuis.

Diminutiua masculi. ων, αξ, ᾶς, σκος, λος, ῦς.
Fœm. ων, ίς, σκη.
Neutra ιον.
Notio.

Diminutiua etiam & à proprijs & ab appellatiuis ducuntur: ac masculina quidem sex formas habent, ων, αξ, ᾶς, σκος, λος, ῦς: fœminina tres, ων, ίς, σκη: neutra verò vnicam, ιον. Exempla masculorum, Βακχυλίδης, βάκχων, Bacchylides, Bacchulus: μωρὸς, μωρίων, stultus, morio: hic notandum, duas syllabas excedentia habere semper ι ante ων: ῥόδιος, ῥόδαξ, Rhodius, Rhodius: Ζηνόδωρος, Ζηνᾶς, Zenodorus, Zenodorulus: ἄνθρωπος, ἀνθρωπίσκος, homo, homunculus: ναύτης, ναυτίλος, nauta, nautulus: Διονύσιος, Διονῦς, Bacchus, Bacchulus: siue Dionysius, Dionysiunculus. Exempla fœminorum, ὑψιπύλη, ὕψων, Hypsipula, Hypsipulula: κρήνη, fons, ἡ κρηνὶς, ίδος, fonticulus: vnde κρηνίδες & κρηνιάδες, deæ fontium: ὁ κοῦρος, ἡ κοῦρις, puer vel puella, ἡ κουρίδιον, puellula. Neutrorum, εἶδος, εἰδύλλιον, forma, formula: vel cantio, cantiuncula, siue Oda, Odula. Hinc Pindarus suas Odas, Εἴδη appellauit, & Theocritus suas Eclogas Εἰδύλλια, quasi Odulas vel paruas poematis formas.

Pindari Εἴδη.
Theocriti Εἰδύλλια.

Et diminutiua quidem sic habent.

Denomi-

De nominatiuorum deductio.

Denominatiuorum autem, quæ ab alijs nominibus proficiscuntur, variæ sunt species: ac posßumus ferè ab vnoquoque adiectiuorum genitiuo deducere masculina in ων. fœminina in της, ία, ύνη, & neutra in ιον: vt à φίλος, amicus, ὁ φίλων, Philo: ἡ φιλότης, φιλία, φιλοσύνη, amicitia: τὸ φίλιον, amicum. ab ὁ σώφρων, τοῦ σώφρονος, id est, temperans, fit σωφροσύνη, temperantia, non autem σωφρονοσύνη. nam in huiusmodi syncopatur νο. formantur quoque fœminina in ικὴ à datiuis pluralibus participiorum vel nomnum quintæ declinationis finitis in σσι, vt ab εἰμὶ, sum, participium ὤν, οὖσα, οὖν, existens, datiuus pluralis οὖσι, vnde οὐσία, essentia sic ab ὁ γέρων, οντος, datiuus pluralis γέρουσι, vnde ἡ γερουσία, senatus, senum coetus. fiunt præterea ab adiectiuis in ος alia adiectiua in ἱσιος & ιμος: vt ab ἄπφρος fit ἀπφρίσιος, infinitus: pro quo Homerus dixit, ἀπειρέσιος, longam corripiens & breuem producens. à φαιδρὸς fit φαίδριμος, & abiecto ρ φαίδιμος, clarus, purus, fulgidus. Fiunt quoque ab adiectiuis primæ declinationis contractorum substantiua in φα, vt ab ὁ ἀληθὴς, verus, a, fit ἡ ἀλήθφα, veritas. Et rursus à substantiuis fiunt adiectiua in αῖος, αλέος & ιος, vt ab ὁ δρόμος, cursus, ὁ δρομαῖος, celer, velox, cursu valens: à ἡ ἄλγος, dolor, tristitia, fit ἀργαλέος pro ἀλγαλέος, λ in ρ Atticè mutato, molestus, difficilis, tristis: ab ἡ ἐπίουσα, ης, proximè sequens dies, fit ὁ ἐπιούσιος, crastinus, quotidianus: sic ab ὁ αἰὼν, αἰωνος, æuum, æternitas, fit ὁ αἰώνιος, æternus, sæcularis, perpetuus. atque non pauca primæ in της, quæ velut adiectiua sunt, vt à δῆμος, populus, ὁ δημότης, plebeius, tribulis: ab οἶκος, domus, ὁ οἰκίτης, domesticus.

Notio.

ἱσιος, ιμος.
ἀπειρέσιος.
φαίδιμος.
φα.
αῖος.
αλέος.
ιος.
ἀργαλέος.
της.

IN DECLINATIONES SIMPLICES.

Primæ

Annotationes in primam declinationem simplicium.

1 PPrimæ declinationis nomina in ας, quædam recepto more genitiuum faciunt in α, Θωμᾶς, Θωμᾶ, *Thomas:* sic Ἀννίβας, *Annibal:* Πυθαγόρας, *Pythagoras:* πατραλοίας, *parricida.* Ἀρχίτας, *Architas:* et item alia consimiliter.

Vocatiuus α, à nominatiuo ης.

2 2 Vocatiuus nominum in της, exit in α breue, ξξότης, *sagittarius:* ἱππηλάτης, *equitator:* προφήτης, *propheta:* ὦ ξξότα, ἱππηλάτα, προφῆτα. sic gentilia, Σκύθης, ὦ Σκύθα, *Scytha:* et poetica in ωης, κωκώπης, *inuerecundus:* ὦ κωκῶπα: et composita ex verbis μετρῶ, *metior:* πωλῶ, *vendo:* τρίβω, *tero,* γεωμέτρης, *geometra:* βιβλιοπώλης, *bibliopola:* παιδοτρίβης, *pædotriba:* ὦ γεωμέτρα, etc.

In secundam.

Secundæ declinationis nomina Ἀθηνᾶ, *Pallas:* Ναυσικᾶ *Nausicae,* et μνᾶ, *mina,* seruant α in genitiuo et datiuo, Ἀθηνᾶς, Ἀθηνᾷ, etc. fiunt enim per crasim à desinentibus in α purum, Ἀθηνάα, Ναυσικάα, μνάα.

In tertiam.

Tertiæ declinationis neutra in ορ abiiciunt ν more Attico, ἄλλο, *aliud:* τηλικοῦτο, *tantum, tam grande natu:* τοιοῦτο, *tale:* τοσοῦτο, *tantum.* sic pronomina τοῦτο, *hoc:* ἐκεῖνο, *illud:* αὐτό, *ipsum:* interdum hæc habent ν, τοιοῦτον, τοσοῦτον.

Quartæ

In quartam.

Quartæ declinationis nomina deducta ex ☉ tertiæ, mutant α penultimam 3 longam in ε, ναὸς, νεὼς, *templum:* λαὸς, 3 λεὼς, *populus.*

5 4Quinque etiam accusatiuum faciunt 4 sine ν, Ἄθως, Ἄθω, *Athon siue Athos, mons Græciæ:* Ἕως, Ἕω, *aurora:* Κέως, Κέω, *Ceos siue Cea insula:* Κῶς, Κῶ, *Cos insula:* λαγὼς, λαγὼ, *lepus.* Vnum quoque in ως neutrum est, τὸ 10 χρεὼς, τὸ χρεὼ, *debitum.*

In quatuor declinationes simplices.

5 Datiuus singularis declinationum 5 simplicium semper est diphthongus impropria, α, ᾳ, vel ῳ.

In quintam.

6Quintæ declinationis nomina, ὁ πατὴρ, *pater,* τοῦ πατρὸς ☉ et πατρὸς, τῷ πατρὶ πατρᾷ tantum. ἡ μήτηρ, *mater,* τῆς μητρὸς et μητρὸς, τῇ μητρὶ μητρᾷ tantum, ad differentiã nominum ἡ πάτρα, *patria:* ἡ μήτρα, *matrix.*

Composita quædam polysyllaba in 20 ων faciunt vocatiuum per ον 7 accentu 7 retracto in antepenultimam ὁ Ἀπόλλων, ὦ Ἄπολλον, *Apollo.*

Monosyllaba circunflexa in ῆς, genitiuum formant ablato ς, ὁ Δρῆς, τοῦ Δρῆ, *Dres:* 25 ὁ Τρῆς, τοῦ Τρῆ, *Tres:* sic Ποδῆς, Ποδῆ, *Pedes, fossa.*

Idem faciunt diminutiua circunflexa in

in ῦς, ὁ Καμῦς, τοῦ Καμῦ, τῷ Καμῦ, τὸν Καμῦν, *Camylus*: ὁ Διονῦς, *Bacchulus*: ὁ Κλαυσῦς, *Clausydus*.

Nomen ὁ Ἰησοῦς, τοῦ Ιησοῦ, τῷ Ιησοῦ, τὸν Ιησοῦν, *Iesus*.

Quæ nomina Doricam declinationem receperint.

1 Hæc sunt Dorica, sed eorum declinatio est in communi vsu. Porrò huiusmodi nomina magna ex parte sunt propria, eaque innumera. nam huic regulæ subijciuntur omnia propria monosyllaba, Γρᾶς, *Gras*: θᾶς, *Thas*: sic πᾶς, πᾶ, *pater*, diminutiuum ex πατήρ: & polysyllaba, quæ ante ας habent aliquam consonantem, θωμᾶς, ᾶ, *Thomas*: κηφᾶς, ᾶ, *Cephas*: κοσμᾶς, ᾶ, *Cosmas*: λουκᾶς, ᾶ, *Lucas*: Μηνᾶς, ᾶ, *Menas*: Χρυσολωρᾶς, ᾶ, *Chrysoloras*: ἄβας, α, *gentile nomen*: πάππας, α, *pater*: præterea tam propria quàm appellatiua finita in ας purum, modò deriuentur aut à verbis circunflexis, aut nominibus fœmininis, vt παταλοίας, *parricida*, ab ἀλοιάω, *percutio*. παυσανίας, *Pausanias*, ab ἡ ἀνία, *tristitia*. Dorica quoque sunt ὁ Αλεύας, τοῦ Αλεύα, *Aleuas*: ὁ λᾶας, τοῦ λάα & λάου, *lapis*.

Vocatiuus pro nominatiuo.

2 Huiusmodi vocatiuus à poetis pro nominatiuo vsurpatur: cui & præponitur nominatiui articulus ὁ. Latini quoque ex his vocatiuis suos nominatiuos fecerunt, Propheta, Scytha, geometra, bibliopola, pædotriba & cet. Hæc quoque vocatiuum per α faciunt, ὁ λάγνης, *lasciuus*: ὁ πυραίχμης, *Pyrachmes*: ὦ λάγνα, πυραίχμα. Contrà sequentia in της per η non per α faciunt, ὁ Αἰήτης, *Aeeta*: Αἰναρέτης, *Aenareta*: καλλιπέτης, *Callipeta*: Φιλοτερσίτης, *Philotersites*: ὦ Αἰήτη, Αἰναρέτη, &c.

Annotatio.

Vocatiuus α à nominatiuo ης.

Vocatiuus in τη.

Notio.

3 Non abs re dicit, longam. Si enim penultima tertiæ α sit breuis, non mutatur in quarta, vt ex Οἰνόμαος, *Oenomaus*, non dicitur Οἰνόμεως, sed Οἰνόμαως. Illud quoque notandum, Clenardi regulam habere tantummodo locum in nominibus finitis in αος.

Annotatio.

nam

nam ex κάλος non dicimus κίλως, sed κάλως, funis, rudens. 4 Hoc fit imitatione Atticorum antiquiorum, qui ν in omnibus huius declinationis accusatiuis reiiciebant. Inuenitur tamen ἀν λαγών. 5 Hinc excipiuntur ea quæ ablato s formant genitiuum, de quibus in fine huius capitis verba facit Clenardus. Præterea Aeoles datiuis in ω non subscribunt iota. Dores verò sæpe huiusmodi iota subscriptũ negligũt, 23.13. In quinta quoque declinatione non subscribitur ι. Quare vel legendum, parisyllabica rum, vbi habetur, simplicium: vel supplendum, Si desinat in νnum harum trium vocum: quasi diceret, Datiuus singularis declinationum simplicium communiter nunquam est α, η, ω, per nudas vocales, sed semper est diphthongus impropria, α, η, vel ω. 6 Vide 45.4. & 19. In horum etiam duali & plurali syncope locum non habet, οἱ πατέρες, non πάτρες. Idem omnino iudicium de γαστήρ, τῆς γαστέρ & γαστρὸς, πλὴν γαστέρα tantùm. sic in duali & plurali. 7 Non retrahunt tamen ὁ λακεδαίμων, Lacedæmonius: ὁ παλαίφατος, Palæmon deus maris, quanuis habeant vocatiuum per ον, ὦ λακεδαίμον, παλαίμον: neque etiam composita à φρὴν, id est, mens, vt ὁ δαίφρων, ὦ δαίφρον, prudens, bellicosus: neque etiam Aeoles vnquam retrahunt, quanuis omnium finitorum in ων vocatiuos per ον efferant.

4 Atticismus.

5 Exceptio.

Aeolismus. Dorismus.

6

7 Exceptio.

Aeolismus.

IN CONTRACTIONES.

PRimæ declinationis contractorum accusatiuus εα, & per crasim η: sed quorum nominatiuus desinit in ης purum, etiam contrahuntur in α, βύσσης, βύσσεα βύσσῃ vel βύσσᾳ, ingeniosus: ὑγιὴς, ὑγιέα ὑγιῆ vel ὑγιᾶ, sanus.

Annotationes in nomina cõtracta. εα in η vel ᾳ.

Nomina ὁλοπαθῆ, quæ per omnes casus contrahuntur finita in ος.

Contrahuntur etiam nomina in ος in omnibus casibus.

Sing. ὁ νόος νοῦς, *mens*: τοῦ νόου νοῦ, τῷ νόῳ νῷ, τὸν νόον νοῦν, ὦ νόε νοῦ.

D. τὼ νόω νώ, accentu acuto, τοῖν νόοιν νοῖν.

P. οἱ καὶ ὦ νόοι νοῖ, τῶν νόων νῶν, τοῖς νόοις νοῖς, τοὺς νόους νοῦς.

Sic ὁ ῥόος, *fluxus*: πλόος, *nauigatio*: & adiectiua ἁπλόος, *simplex*. διπλόος, *duplex*: quorum fœminina & neutra similiter vbique contrahuntur.

Fœ. ἡ ἁπλόη ἁπλῆ, τῆς ἁπλόης ἁπλῆς, τῇ ἁπλόῃ ἁπλῇ, τὴν ἁπλόην ἁπλῆν: & ita deinceps.

Neut. τὸ ἁπλόον ἁπλοῦν, τοῦ ἁπλόου ἁπλοῦ: &c. vt in masculino: τὰ ἁπλόα ἁπλᾶ.

εον. Neutra verò in εον sic inflectuntur per crasim.

S. τὸ καὶ ὦ ὀστέον ὀστοῦν, *os, ossis*, τοῦ ὀστέου, ὀστοῦ, τῷ ὀστέῳ ὀστῷ. D. τὼ ὀστέω ὀστώ, acuto accentu: τοῖν ὀστέοιν ὀστοῖν, τὰ ὀστέα ὀστᾶ. Genitiuus & datiuus vt in masculino.

εος. Sic χρυσοῦς, *aureus*: ἀργυροῦς, *argenteus*: χαλκοῦς, *æreus*: à finitis in εος, χρύσεος, ἀργύρεος, χάλκεος, pro χρύσους, ἀργύρους, χαλ-

χάλκυς. irregulariter enim accentus locum suum non seruat. Fœmin. χρυσῆ, ἀργυρᾶ, χαλκῆ. Neutr. χρυσοῦν, ἀργυροῦν, χαλκοῦν.

5 Neutra in υ, ὸ ἄστυ, ἄστε͡ω, *urbs*: ὸ πῶυ, πώε͡ω, *grex*, licet flectantur per εος, nusquam tamen contrahuntur. *Nomina ὁλιγοπαθῆ, quæ in paucis casibus contrahuntur, finita in υ, ε͡ω, ύς, ί͡ω.*

Acuta in ύς, τὸ ἐ͡ω, crasim patiuntur in datiuo singulari, nominatiuo, accusatiuo & vocatiuo plurali, ὁ ἡδὺς, *suauis*, τῷ ἡδεῖ͡ω, τὼ ἡδεῖ ἡδεῖ: οἱ & ὦ ἡδεῖς ἡδεῖς, τοὺς ἡδεῖας ἡδεῖς. *ys, νος.*

Sed υς υ͡ω contrahitur in nominatiuo, accusatiuo & vocatiuo plurali, ὁ βότρυς, *racemus*, τῷ βότρυ͡ω: οἱ & ὦ βότρυες, βότρυς, τοὺς βότρυας βότρυς, semper facta crasi in υ. Sic νέκυς, *mortuus*: σάκυς, *spica*.

Imparisyllaba in υς similiter contrahuntur in tribus illis casib⁹ pluralibus, ὁ βῶς, *bos*, τῷ βοός: οἱ & ὦ βόες βῶς, τοὺς βόας βῶς: accusatiuus quoque singularis reperitur, ὸ μβῶμ, vt νῶμ, ab ὁ νῶς, τῷ νῷ, τὸ νῶμ, *mens*. *υς, νος.*

Comparatiua in ων contrahuntur in accusatiuo singulari communis generis, tribus casibus pluralibus in omni genere, nominatiuo, accusatiuo & vocatiuo: *Comparatiua in ων.*

catiuo: prius autem eliditur ν, ac deinde fit crasis ex ο & sequente vocali: ὁ καὶ ἡ μείζον, *maior*: τοῦ καὶ τῆς μείζονος, τὸν καὶ τὴν μείζονα, μείζοα, μείζω: οἱ αἱ & ὦ μείζονες, μείζοες, μείζους: τοὺς καὶ τὰς μείζονας, μείζοας, μείζους (non μείζως, vt τοὺς βόας 2 βοῦς, non [2] βῶς: quòd accusatiuus pluralis quintæ declinationis semper contrahatur vt nominatiuus) τὰ & ὦ μείζονα, μείζοα μείζω.

ονα, οα, ω.
ονες, οες, ους.
ονας, οας, ους.
Notio.

Sunt & aliæ terminationes in quinta declinatione per crasim factæ, ὁ πλακοῦς, πλακοῦντος, ex πλακόεις πλακόεντος *placenta*. sic [3] ὁ Σιμοῦς, *Simois fluuius*: ἡ Οποῦς, *Opus, ciuitas in Locris*: ἡ Αμαθοῦς, *Amathus, ciuitas Cypri*. Et [4] ὁ τιμῆς, τιμῆντος, ex τιμήεις, τιμήεντος, *honoratus*. Et in ῆρ circunflexa facta ex έαρ, τὸ κῆρ, κῆρος, *cor*: τὸ σῆρ, σῆρος, [5] *adeps, esca*: [5] à κέαρ, κέαρος, σέαρ, σέαρος. Et παῖς, παιδός: à παΐς παΐδος, *puer*.

όεις, οῦς.
ήεις, ῆς.
έαρ, ῆρ.
άϊς, αῖι.

1 *Præterquam in datiuo singulari*, τῷ ἄστεϊ ἄστει, τῷ 2 πώεϊ πώει. [2] *Inuenitur tamen* τοὺς βῶς *apud poetas: & in accusatiuo singulari* τὸν βῶν, *& in datiuo plurali* 3 τοῖς βῶσι. [3] *Idem faciunt reliqua finita in* όεις, 49. 20. 4 [4] *Huiusmodi crasis habet locum in adiectiuis finitis in* 5 ήεις, 49. 23. [5] *Sic* τὸ ἦρ, ἦρος, *ab* ἔαρ ἔαρος, *quod & poeticè* εἶαρ, εἴαρος, *ver*.

όεις, οῦς.
ήεις, ῆς.
ἦρ ἦρος.

Appendix de poëtarum licentia in contrahendis nominibus.

Inueni-

Inueniuntur & multa alia nomina apud poetas contracta: ex quibus quædam duplici contractione afficiuntur: vna quidem per omnes casus, vt de νόος & similibus dictum est, 226. 1. altera verò per eos tantùm casus, in quibus eæ declinationes contractæ, per quas variantur, contrahi solent: vt in ἡ ὄϊς, ouis, τῆς, ὄϊος, ὄϊι, ὄϊν, &c. ο & ϊ per omnes casus facta synæresi coalescunt in diphthongũ οι, οῖς, οῖος, οῖοι, οῖν, etc. Ac rursus ex altera parte, in nominatiuo, accusatiuo & vocatiuo plurali ιε & ια contrahuntur in ι, vt in secunda declinatione contractorum, αἱ ὦ ὄϊες, καὶ τὰς ὄϊας, & crasi ὄϊς, & per priorem synæresim οῖς: dicitur & ὁ ὄϊς. Eodem modo declinatur ἡ φθόϊς, placenta. Inueniuntur præterea hæc duo flexa per ιδος: vnde sunt illa τὼ ὄϊδα, αἱ ὦ ὄϊδες, τὰς ὄϊδας trisyllabicè. Bifariam quoque contrahuntur propria quædam finita in κλέης, composita à δὲ κλέος, τοῦ κλέεος, honor, idque propter tot vocalium concursum: vt ὁ Ηρακλέης, Hercules, τοῦ Ηρακλέεος, si εος spectes, contrahes in ους, Ηρακλέους, & rursus έου in ου contractis, Ηρακλοῦς: quo modo etiam in nominatiuo έη contrahitur in ῆ, ὁ Ηρακλέης Ηρακλῆς: si verò aduertas ad duplex έε, constringes in ῆ, τοῦ Ηρακλέεος Ηρακλῆος: hoc modo à δὲ σπέος, τοῦ σπέεος, τῷ σπέεϊ dicimus σπῆϊ, id est, speluncæ: à genitiuo ἡρακλῆος, Iones suum formant ex ῆ circumflexo, έη barytonως faciẽtes, τοῦ ἡρακλέης. Eadem varietas seruatur in reliquis casibus: sed in vocatiuo singulari duplex εε vel contrahitur in diphthongum ει, ὦ ἡράκλεες ἡράκλεις, vel alterum ε per syncopen abijcitur, ὦ ἡράκλεες ἥρακλες: quæ syncope in alijs quoque casibus habet locum, vt τῷ ἡρακλέεϊ ἡρακλέϊ, δὲν ἡρακλέεα ἡρακλέα. Sic in quibusdam alijs nominibus habentibus duplex εε, interdum vnum syncopatur, vt τὰ κλέεα κλέα, à δὲ κλέος, honor: δὲν δυσκλέεα δυσκλέα, ab ὁ καὶ ἡ δυσκλέης, ignobilis, infamis: τὰ χρέεα χρέα, à δὲ χρέος, debitum: τὼ ὄσσεε ὄσσε, oculi, à

Duplex contractio in eodem nomine.

ὄϊς.

φθόϊς.

Propria finita in κλέης.

σπήϊ.

Ionismus.

έη pro ῆ.

Syncope.

τὰ κλέα.

δὲν δυσκλέα

τὰ χρέα.

τὼ ὄσσε.

li, ἀπὸ ὕασος, quanuis quibusdam masculinum esse magis probetur, ὁ ὕασος ου, & ὕασι, dictum pro ὕασῳ per declinationis metaplasmum, inuenitur enim ἐξ ὑασοις. Ceterùm ἡρακλέης facit quoque Atticè in accusatiuo τὸν ἡρακλέην, vt ὁ Χρύσης, τὸν Χρύσην, quasi esset primæ declinationis simplicis, vt ὁ Ἀριστοφάνης, ους, τὸν Ἀριστοφάνην, de quo postea, in sequenti Heteroclitorum tractatu.

Atticismus.

HETEROCLITA.

Nomina heteroclita in genere.

SIngulariter masculina sunt, δεσμός, vinculum: ὄρετμός, remus: ζυγός, iugum: κύκλος, circulus: λύχνος, lucerna: μοχλός, vectis: νῶτος, humerus: σαθμός, statio, libra, τράχηλος, collum: pluraliter[1] neutra, δεσμά, &c. reperimus tamen etiam κύκλους, λύχνους.

[2] Sic fœminina,[2] δίφρος, biga: κέλευθος, via: & commune, ὁ, ἡ ταρτάρος, tartarus: pluralia, δίφρα, κέλευθα, τάρταρα.

Hæc fœminina, ἡ γυναῖξ, mulier: ὁδός, via: πόλις, ciuitas: χεῖρ, manus, in nominatiuo & accusatiuo dualis numeri sunt generis masculini, τὼ γυναῖκε, ὁδὼ, πόλιε, χεῖρε.

Declinatione variata.

[3] Declinatione[3] variant Δαρής, Dares: κῆμις, princeps, dux: μύκης, fungus: τοῦ Δάρου & Δάρητος, &c. Ἄρης, τοῦ Ἄρεως, Ἄρητος vel [4] Ἄρεος, Mars.

Propria

Propria nomina primæ circunflexorum [5] habent interdum casus parisyllabicos, ὁ Αριστοφάνης, εος, *Aristophanes*, τὸν Αριστοφάνην: & οἱ Αριστοφάναι, τοὺς Αριστοφάνας Sic composita ab ἔτος, *annus*: ὁ ἑπταέτις, εος, οἱ ἑπταέται, τοὺς ἑπταέτας, *septennis*. 5

Composita à τὸ ἔτος, εος.

Quædã in ως quartæ vel quintæ, ἥρως, *heros*: Μίνως, *Minos*: [6] τοῦ ωος, aut τοῦ ω: sic γέλως, *risus*: ἔρως, *amor*: τοῦ ωτος, vel τοῦ ω. 6

Etiam ὁ νοῦς, τοῦ νοῦ, vel ὁ νοῦς, τοῦ νοὸς, *mens*: vt βοῦς, βοὸς, *bos*. xx

Composita à ποῦς habent οδος vel ου, δίπους, δίποδος, δίπου, *bipes*: sic τρίπους, *tripes*: ἑπτάπους, *septipes*: Οἰδίπους, *Oedipus*, quod & Οἰδιπόδης, Οἰδιπόδου. [7] Sępe nãque à genitiuo imparisyllabico formatur nominatiuus, qui declinatur parisyllabicè, ὁ ἑπτάπους, τοῦ ἑπτάποδος, vnde ὁ ἑπταπόδης, ἑπταπόδου: ὁ μάρτυρ, μάρτυρος, [8] & ὁ μάρτυρος, μαρτύρου, *testis*: ψίθυρ, ψίθυρος, ὁ ψίθυρος, ψιθύρου, *susurro*. 7

Composita ab ὁ πούς.

Annotatio.

[9] Et alioqui diuersus est nominatiuus, ὁ μάκαρ, μάκαρος, vel μάκαρς, μάκαρτος, vel μακάριος, μακαρίου, *beatus*: & alia quoque, τὸ δάκρυ, δάκρυος, & τὸ δάκρυον, τοῦ δακρύου, *lacryma*. 9

Nominatiui diuersitas.

ὁ Μωσῆς, τοῦ Μωσέως: vel ὁ Μωσεύς, τοῦ Μωσέως: quod etiam per υ scribitur, Μωϋσῆς, Μωϋσεύς.

Β' γόνυ, τοῦ γόνυος, & metathesi γουνός: & Β' γόνας, γόνατος, genu: Β' δόρυ, δόρυος & δουρός: & Β' δόρας, δόρατος: vel δέρας, δέρατος, etiam δόρος, δόρεος, & crasi δόρυς, hasta.

Genitiui varietas.

Genitiuus quoque interdum varius est eiusdem nominatiui, ἡ χείρ, τῆς χερός, & poeticè χεροός, manus: vnde receptus datiuus pluralis, ταῖς χερσί, & genitiuus dualis, ταῖν χεροῖν. λύγξ, λυγγός, singultus: λύγξ, λυγκός, lynx.

ταῖς χερσὶ. ταῖν χεροῖν.

Eiusdem rei casus à diuersis.

Quandoque diuersa nomina eiusdem rei: sed casus partim sumuntur ab vno, partim ab alio: ἡ γυνή, mulier, τῆς γυναικός, τῇ γυναικί, τόν γυναῖκα, ὦ γύναι, sine ξ: vt quandoq; ὦ ἄναξ ab ἄναξ, rex. Β' γάλα, lac, τοῦ γάλακτος ab inusitato γάλαξ. nam tria, ἄναξ, νύξ, & γάλαξ, genitiuum habẽt in κος, sed adest pleonasmus literæ τ, ἄνακτος, νυκτός, γάλακτος.

ὦ γύναι. ὦ ἄναξ. γάλα, γάλακτος.

Ζεὺς.

ὁ Ζεύς, τοῦ Διός, τῷ Διΐ, Β' μ Δία, ὦ Ζεῦ, Iupiter.

ὕδωρ.

Β' ὕδωρ, ὕδατος, ab ὕδας: etiam τὸ ὕδος, ὕδεος, aqua.

ὁπο-

17 ὁ πολύς, *multus*, τοῦ πολλοῦ, & neutrũ τὸ πολύ: reliquos omnes casus in quouis genere ac numero sumit ab 18 inusitato nominatiuo πολλός, τῷ πολλῷ, τῷ πολλῷ: ἡ πολλή, τῆς πολλῆς, τῇ πολλῇ, & sic deinceps. 17 πολύς. πολλή. 18 πολύ.

ὁ μέγας, *magnus*, τοῦ μέγαρ, & neutrum τὸ μέγα: cetera omnia per tria genera & totidem numeros accipiuntur ab inusitato nomine μεγάλος, τῷ μεγάλῳ, τῷ μεγάλῳ: ἡ μεγάλη, τῆς μεγάλης: & reliqua. μέγα. μεγάλη. μέγας.

Neutra quædam in αρ genitiuum habent in ατος, ab inusitatis nominibus in ας, τὸ ἧπαρ, ἥπατος, *hepar, iecur*, ab ἧπας: sic 19 ἦμαρ, *dies*: εἶδαρ, *esca*: φέαρ, *puteus*: σέαρ, *adeps*: δέλεαρ, *esca, illecebra*: ὄνειδαρ, *vtilitas*. αρ, ατος. 19

Et hactenus de nomine: pergamus ad verba.

20 A *nominatiuis singularibus neutris in* ον, *qui iam exoleuerunt, inueniuntur tamen* τὸ δισμόν, ζυγόν, νῶτον. A δισμὸς *inuenitur* τοὺς δισμούς, *vt* κύκλωψ, λύχνος. 2 *Reperitur* λίβος *masculini generis in singulari, Plutarchus* λίβος ὑγιμονικὸς, *sella curulis: nec mirũ: nam sæpe genus dialecto variatur, vt* ὁ ἄσβολος, ὁ βῶλος, ὁ δόλος, & Atticè ἡ ἄσβολος, *fuliga*: ἡ βῶλος, *gleba*: ἡ θόλος, *testudo templi*, ὁ κίων, & Ionicè ἡ κίων, *columna*. Atque Attici dualibus quæ cõmuniter fœminina sunt, tanquam masculinis vtuntur, τὼ κεφαλὰ, *duo capita*: τὼ ἡμέρα: *duo dies, ab* ἡ κεφαλὴ, ἡ ἡμέρα. Clenar 1 2

dus quatuor tantùm enumerat: quæ ij auctores vsurpãt
3 qui communi lingua scripserunt. 3 Hæc varietas præci-
puè locum habet in genitiuo & accusatiuo singulari, ὁ
δάρης, τοῦ δάρου & δάρητος, ὃν δάρκτα & δάρην: sic
γύης, dentale, pars aratri: θαλῆς, Thales: Μέγης, Meges:
4 πύδης, Pydes: Φαλῆς, Phales: 4 Et crasi ἄρους, Doricè ve-
5 ròἀρεύς. facit etiam τοῦ ἄρηος καὶ ἄρεως καὶ ἄρεος. 5 Id
est, declinantur per primam declinationem simplicium:
sed tantũ in vsu habentur nominatiuus, accusatiuus &
6 vocatiuus in singulari & plurali. 6 Atque ὁ κάλος, funis,
rudens, τοῦ κάλω & κάλωος. ἔρως verò facit etiã Aeo-
7 licè τοῦ ἔρου per tertiam. 7 Sic ab ὁ δμὼς, τοῦ δμωὸς, ὁ
δμωὸς, οῦ, seruus, vnde ἡ δμωὴ, ῆς, & δμωὰ, ᾶς, serua: ὁ
ἡγεμὼν, όνος, ὁ ἡγεμονὸς, οῦ, dux, præses, & ἡ ἡγεμονὴ, ῆς,
imperiũ ὁ Τρὼς, τοῦ Τρωὸς, ὁ Τρωὸς, οῦ, Troianus: ὁ φύλαξ
τοῦ φύλακος, ὁ φύλακος, ου, custos. Itẽ fœminina, ἡ κάλυξ
κάλυκος, ἡ καλύκη, ης, calyx, folliculus. ὁ χιτὼν, ῶνος,
8 ἡ χιτώνη, ης, tunica. 8 Et μάρτυς, μάρτυος. 9 Sic λᾶας,
9 lapis, τοῦ λάαος & crasi λᾶος, vel ὁ λάος, τοῦ λάου, ὃν
λᾶον, & Doricè ὁ λᾶας, τοῦ λάα, τοῦ λάᾳ per primam.
item ὃ λάος, τοῦ λάεος, & ὁ λάϊς λάϊος, et per synæresim
λᾶος: atque ὁ λὰς, ὃ λαὸς per quintam. Eius synonymum
est ἡ λιθὰς, τῆς λιθάδος, vel ὁ λίθος, ου. Variant quoque ὁ
ἀσπαμὸς, οῦ, & ὃ ἄσπασμα, ατος, salutatio: ἡ βλάβη,
ης, & ὃ βλάβος, εος, nocumentum: ὁ βρεχμὸς, οῦ, & ὃ
βρέχμα siue βρέγμα, ατος caluaria. os capitis: ὁ γάρος,
ου, & ὃ γάρον, garum, liquamen ex pice: ἡ δίψα, ης, & ἡ
δίψος, εος, sitis: ὃ δῶμα, τοῦ δώματος, tectum, domus,
& per apocopen ἡ δῶ, τοῦ δῶ indeclinabile, & ὁ δόμος,
τοῦ δόμου: ὁ ἔλεος, ου, & ὃ ἔλεος, ἐλέεος, misericordia, cõ-
miseratio: ἡ ἐνέδρα, ας, & ὃ ἔνεδρον, ου, insidiæ: ὁ ἐχμὸς,
οῦ, & ὃ ἔχμα, ατος, retinaculum: ὁ θρῆνος, ου, & ὃ θρῆ-
νος, εος, lamentatio: ὁ θῦμος, ου, & ὃ θῦμον, ου, animus:
ἡ κέλευθος, ου, & ἡ κέλευθον, ου, via: ἡ νάπη, ης, & τὸ
νάπος, εος, saltus, locus syluosus: ἡ νείκη, ης, & τὸ νεῖ-
κος,

Eiusdem rei nominatiui diuersi.

κος, εος, rixa, iurgium: ἡ νίκη, ης, & ἡ νίκος, εος, victoria: ὁ ὄνειδος, ου, & ἡ ὄνειδος, εος, probrum: ὁ vel ἡ ὀρίγανος, ου, & τὸ ὀρίγανον, ου, origanum herba: ὁ ὄχος, ου, & ἡ ὄχος, εος, vehiculum: ἡ σκάφη, ης, & τὸ σκάφος, εος, scapha, nauis: ὁ σκότος, ου, & τὸ σκότος, εος, tenebræ: ἡ σπάρτη, ης, & ἡ σπάρτον, ου, funis. Sic apud poetas ὁ αἰγόκερως, τοῦ αἰγοκέρωτος κ, αἰγόκερω, & ὁ αἰγοκερεὺς, έος, et ῆος, capricornus: ὁ Βορέας, ου, & Βορεὺς, Boreas, Aquilo: ὁ Γηρυὼν, όνος, & γηρυονεὺς, Gerion: ὁ ἡνιόχος, ου, & ἡνιοχεὺς, auriga: ὁ παρτοφόνος, ου, & παρτοφονεὺς, particida: dicitur & ὁ παρτοφόντης, ου, & παρτοκτόνος, ου, atque ὁ παρταλοίας, α, pro eodem: ὁ ὑδροχόος, ου, et ὁ ὑδροχοεὺς, aquarius, sidus Zodiaci: ὁ ἡὸς, ου, & ἡεὺς, filius. 10 Datiuus τοῦ δόρηϊ, & metathesi δουρὶ, & poeticè δορὶ, subtracto υ ex diphthongo ου 11 Sic ἡ γῆρας, γήρατος, & τὸ γῆρος, γήρεος, senectus: τὸ οὖδας, ατος, & τὸ οὖδος, εος, pauimentum. 12 Aeolicè χερρός pro subiunctiua vocali geminatur consona sequens. 13 Poetæ tale quiddam sibi permittunt in multis nominibus, præcipuè in datiuo singulari secundæ & tertiæ declinationis, in accusatiuo singulari & datiuo plurali tertiæ. nam eos sumunt tanquã nominatiuus singularis esset quintæ: vt in datiuo, τῇ ἀλκὶ, τῇ κλαδὶ, τοῦ διχόμηνι, τῇ λιτὶ, τοῦ μελίκρατι, τῇ παρθένι, τοῦ πολυπάταγι, τῇ ὑσμῖνι: pro τῇ ἀλκῇ, τοῦ κλάδῳ, τοῦ διχομήνῳ, τοῦ λίτῳ, τοῦ μελικράτῳ, τῇ παρθένῳ, τοῦ πολυπατάγῳ, τῇ ὑσμίνῃ: ab ἡ ἀλκὴ ῆς, robur: ὁ κλάδος, ου, ramus: ὁ διχόμηνος, ου, semestris, semiplena luna: τὸ λίτον, ου, pannus lineus: τὸ μελίκρατον, ου, mulsum: ἡ παρθένος, ου, virgo: ὁ πολυπάταγος, ου, multistrepus: ἡ ὑσμίνη, ης, prælium: sed tanquam ab ἡ ἄλξ, ἀλκός: ἡ κλὰς, κλαδός: ὁ διχόμην, ηνος: ἡ λὶς λιτός: ὁ μέλικρας, ατος: ἡ παρθὴν, ένος: ὁ πολυπάταξ, αγος: ἡ ὑσμὶν, ῖνος. In accusa. ἐν ἰκτῖνα, τὴν λῖτα, pro ἐν ἰκτῖνον, ὁ λίτον, ab ἰκτῖνος, ου, miluus: ὁ λίτον, ου, pãnus lineus, subtile stragulũ: sed tãquã ab ὁ ἰκτὶν, ῖνος: ἡ λὶς, λιτός. In datiuo plurali, τοῖς

Aeolismus.

Poetarum licentia in declinandis nominibus.

Datiui quintæ à nominatiuis tertiæ vsitatis.

Accusatiui à nominatiuis inusitatis.

Datiui plurales quintæ in σι pro οις tertia.

li, ζῆς ἀνδραποδίσι, ζῆς λίνδρισι, ζῆς ἔγκασι, ταῖς κλάδλισι, ζῆς κρίνισι, ζῆς κτέανσι, ζῆς πίζλοσι, ζῆς πρόβασι, ζῆς προσώπασι, ζῆς σάββασι: à Τὸ ἀνδράποδον, ου, mancipium: Τὸ λίνδρον, ου, arbor: Τὸ ἔγκαζον, ου, viscus, eris: ὁ κλάδ☉, ου, ramus: Τὸ κρίνον, ου, lilium: Τὸ κτέαζον, ου, possessio: Τὸ πίταλον, ου, folium: Τὸ πρόβαζον, ου, ouis: Τὸ πρόσωπον, ου, facies: Τὸ σάββαζον, ου, sabbatum, requies: sed quasi à Τὸ ἀνδράποδ☉, ου: Τὸ λίνδρ☉, ου: Τὸ ἔγκας, ατ☉: ἡ κλὰς, κλαδός. (Vide 58.16. et 19.) Τὸ κρίνος, εος: Τὸ κτέαζος, εος, (58.30.) siue Τὸ κτέαρ, αζος (58.16.) ὁ πέταλς, αλ☉: Τὸ πρόβας, αζος: Τὸ πρόσωπας, αζος: Τὸ σάββας, ατ☉. reperitur quoque τὰ κρίνια, lilia: τὰ προσώπαζα, τῶν προσωπάτων, facies: sic τῶν μηλάτων, pecorum, pro μήλων à Τὸ μῆλον, ου, ouis, pecus: sed tanquam à ὁ μῆλας, αζος. Contrà Aetoli pro datiuis quintæ vsurpant datiuos tertiæ finitos in ζῆς, vt ζῆς γερόνζις pro γέρουσι, ab ὁ γέρων οντος, senex: sed quasi ab ὁ γέροντ☉, ος: sic ζῆς λιλημμάζις, ζῆς παθημάζις, pro ζῆς λιλήμμασι, παθήμασι, à Τὸ λίλημμα, αζος, dilemma, syllogismus vtrinque vinciens & constringens: ὁ πάθημα, ατ☉, affectus, passio: sed quasi à Τὸ λιλήμμαζον, ος: Τὸ παθήματον, ος. atque in nominatiuo αἱ κλῶθες, Parcæ, pro κλωθοὶ, ab ἡ κλωθὼ, οος, quod in duali & plurali declinandum erat per tertiam 65.25. 14 Et γυνὴν apud veteres.

Datiui plurales in ζις pro σι apud Aetolos.

15 Contrà verò ὁ κὰς, ἡ κύων, canis: & ἡ ἄρνα, agna, syncopen patiuntur in obliquis, κυνὸς, ἀρνὸς, pro κύον☉, ἄρνα☉. 16 Declinatur etiam ὁ ζὴν, ζηνὸς, ξηνὶ, ξῆνα: imò decem huius inueniuntur nominatiui, ζεὺς, Δεὺς, Βδεὺς, ζὴν, ζὰν, ζὴς, ζὰς, Δὶς, δὴν, δὰν: & δῖος, δῖι, Δία, veniunt à Δὶς. 17 Apud poetas regulariter declinatum inuenitur, ὁ πολὺς, τὸ πολέ☉, &c. 18 A poetis tamen vsurpatur: sic neutrum πολὸν pro πολὺ, siue sit nomen, multum, siue aduerbium, valde, multùm, multò. 19 His addo Τὸ κάρηαρ, ατ☉, caput.

Syncope. Nominis ζεὺς decem nominatiui.

πολὺς, εος. πολὸν.

ANNO-

ANNOTATIONES IN VERBA.

COgnata tempora sunt, quorum eadem est figuratiua. Præsens & imperfectum,[1] τύπτω ἔτυπτον. Perfectũ & plus quàm perfectum [2]τέτυφα, ἐτετύφειν. Aoristus primus & futurum primum,[3] ἔτυψα, τύψω. sic aoristus secundus, futurum secundum, 4 & præteritum medium cognationem inter se habent, ἔτυπον, τύπω, τέτυπα. *Cognata tẽpora.*

Attici tertijs personis in ι vel ε addunt literam ν,[5] etiam ante consonantẽ, τύπτω σι, vel ἔτυπεν τὸν βοῦν, *verberant vel verberauit hunc.* *Atticismus.*

Supple, idque non solùm in voce actiua, sed & in passiua & med. τύπτωμαι, ἐτυπτόμην. *atque non tantùm in indicatiuo, sed etiam in reliquis omnibus modis & participijs. Nunquam enim reliqui modi aut participia characteristica dissident ab ea quam idem tempus habuerit in indicatiuo.* [2] *Supple, Vocis actiuæ. Porrò in voce passiua perfectum quoque & plus quàm perfectum inter se cognationem habent,* τέτυμμαι, τέτυψαι, τέτυπται: ἐτετύμμην, ἐτέτυψο, ἐτέτυπτο: *& paulò pòst futurum cum secunda perfecti* τέτυψαι, τετύψομαι: *sic secunda singularis perfecti imperatiui* τέτυψο. *Aoristus verò primus & futurum primum cum tertia perfecti, mutatis tamẽ tenuibus in aspiratas,* τέτυπται, ἐτύφθην, τυφθήσομαι: *sic tertia perfecti imperatiui, ac perfectum infinitiui,* τετύφθω, τετύφθαι: *sed si in tertia perfecti* ης *sit purum, hîc interseritur* σ, κέκριται, *indicatus est,* [1] *Notio.* [2] *Cum perfecto passiuo cognationem habentia.*

tus est, κεκρίσθω, iudicetur, κεκρίσθαι, iudicari, à themate 3 *κρίνω. iudico.* 3 *Supple, In voce actiua & med.* ἐτυψά- 4 μην, τύψομαι. 4 *Supple, Per omnes voces, vt in pass.* ἐτύ- 5 πην, τυπήσομαι: *in media* ἐτυπόμην, τυπῶμαι. 5 *Addit (etiam) quod 85. 1. dixisset id fieri sequente vocali. Iones autem id non obseruant: sed sequente vocali elidunt* ι *et* ε, τύπτουσ' αὐτὸν *pro* τύπτουσιν αὐτὸν, *verberant ipsum:* & ἔτυπτ' ἐκεῖνος *pro* ἔτυπτεν ἐκεῖνος, *verberabat ille.*

Ionismus.

De Augmento.

ρ geminatũ.

Regula.

1 [1]Litera ρ propter syllabicum augmentum geminatur, ῥίπτω, *proijcio*, ἔῤῥιπτον: & ρ posterius aspiratur, prius lenem habet spiritum. nulla siquidem syllaba desinit in aspiratã: sed si litera geminetur, prior est tenuis, Ἀτθὶς, Σαπφὼ, Βακχὸς, *Attica, Sappho, Bacchus.*

γν. γρη.

2 [2]Quorum principium γν aut γρη, non repetunt primam consonantem, γνόω, ἔγνωκα, *nosco:* γρηγορέω, ἐγρηγόρηκα, *vigilo.*

μν. κτ. πτ.

Hæc verò repetunt μνάομαι, μέμνημαι, *memini:* κτάομαι, κέκτημαι, *possideo:* πτάομαι, πέπταμαι, *volo, as:* πτόω, πέπτωκα, *cado.* Nam apud poetas κτ, μν, & πτ cõmunem faciunt syllabam.

κ immutatũ.

In incremento temporali quatuor α seruant, ἄω, ἄον, *spiro:* ἄϊω, ἄϊον *audio:* ἀνθέσσω, ἄνθεσσον, *desuesco:* ἀνδίζομαι, ἀνδιζόμην, *tristor.*

η auctũ addito ι.

Vocalem ε plurima non in η mutant, 34 sed[3] augent addito ι, [4] ἔχω, *habeo:* ἔπω, *di-*

co:

co: 4 ἕλω, 5 ἕλκω, 6 ἑλκύω, 7 ἑλκίζω, traho: 8 4 5
6 7
ἕρπω, 9 ἑρπίζω serpo: ἑστήκω permaneo: 10 ἕπο- 8 9
μαι, sequor: 4 ἑρέω, dico, interrogo: 11 ἑσιάω, 10
conuiuium celebro: 12 ἑάω, sino: 4 ἕω, induo, se- 11
deo: 13 ἑρύω, traho, ἔθω, consuesco: 14 ἐθίζω, con- 12
suefacio: 15 ἐργάζομαι, operor, afficio & affi- 13
cior, colo & color: ἔχω, 16 εἴχομ, non ἤχομ: 14
& ita in reliquis. 15
16

ἔπω, εἶπον, dixi, εἰπὲ, dic, εἰπὼν, qui dixit. εἶπον, εἰπὲ.

10 in omnibus 17 modis seruat augmentũ. 17 εἰπών.

ἑστήκω, sto, 18 εἱστήκειν, steteram, plus quàm 18 εἱστήκειν.
perfectum medium. nam perfectũ ἕστηκα ἕστηκα.
sine augmẽto, licet id verius sit actiuum
ab ἵστημι, & ἕσακα, dictũ per α more Do- ἕσακα
15 rico. ἕω, sedeo, εἶμαι, sedi, præteritum passi- εἶμαι.
uum. ἐρέω, dico, εἴρηκα, dixi, εἴρημαι, dictus
sum: vnde ἐρήθω, & elisò 15, ἐρρήθω, dictus ἐρρήθην.
sum: ἔθω, consuesco, 19 εἴωθα, consueui, præteri- 19 εἰώθειν.
tum medium per pleonasmum ω.

20 Diphthõgus ὺ in ηυ Atticè, εὕχομαι, ευ in ηυ.
ηὐχόμην, oro: εὕδω, ηὕδον, dormio.

Diphthongũ οι hæc non mutant οἰόομαι, οι, immuta-
οἰώθην, solus ago: οἰμέω, concito: 20 οἰ- tum. 20
νέω, οἰνίζω, vinũ vendo: οἰστρόω, insania: οἰωνί- οἰώθην, dori-
25 ζομαι, οἰωνοσκοπέω, οἰωνοπολέω, auguror. sti primi.
οἰακίζω, οἰακοστροφέω, οἰακοστροφέω, guber-
no, gubernaculum nauis rego: οἰδαίνω, tumeo,
irascor: οἰκουρέω, domum custodio.

Poetæ

ρ non geminatũ propter incrementũ.

1 Poetæ tamen id non semper obseruant: ῥάπτω, ἔραπον, suo Iuebam. ῥίπτω, ῥίριφα pro ἔῤῥιφα: passiuum ῥίριμμαι pro ἔῤῥιμμαι, proiectus sum: plus quam perfectum ἐριρίμμην, ἐρίριφο, ἐριρίπτο, pro ἐῤῥίπτο, deiectus erat. ῥίζω, facio, imperfectum ἔριξον: aoristus primus ἔριξα, cum κτ, κατέριξα, peregi, a futuro ῥίξω, & transpositis literis ἔῤξω, ἔρξεις, faciam, es: vnde in aoristo primo ἔρξαν, fecerunt, sine augmento: imperatiuus ἔρξον: subiunctiuus ἔρξω, ἔρξῃς, infinitiuus ἔρξαι: participium ἔρξας, αντος. sic in præsenti pro ῥίζω per metathesim dicimus non ἔρζω (nam ρ nunquam ponitur ante ζ. 9. 5.) sed ἔρδω: sunt enim ζ & δ permutabiles, quòd ζ valeat δσ. 2 Nam ι in huiusmodi locis non anceps, sed productum solùm censetur. 3 Iones idem & in quibusdam alijs verbis obseruant, vt ab ἐρωτάω, interrogo, imperfectum ἐιρώτεον ἐιρώτων, ας, α, pro ἠρώτων, ἠρώτας, ἠρώτα. At Dores veteres hæc quæ auctor hic enumerat, per η efferebant, ἤκον pro εἶκον: ἤλκον pro εἶλκον: ἠργαζόμην pro ἐιργαζόμην. 4 Vide inuestigationem thematis in verbis ἔχω, αἱρέω, ἀγορεύω & ἀμφιέννυμι. 5 Ab ἕλκω futurum ἕλξω: perfectum εἶλχα: imperfectum & aoristus secundus εἶλκον, εἶλκες, εἶλκε: imperfectum passiuum & aoristus secundus med. εἱλκόμην, εἶλκε, εἶλκετο, sine augmento ἕλκετο, Ιλιάδ. α. imperatiuus ἕλκε, & Ionicè ἕλκεο. 120. 6. 6 Imperfectum εἶλκυον: futurum ἑλκύσω: perfectum εἴλκυκα, passiuum εἴλκυσμαι, εἶλκυσαι, εἶλκυται, 116. 12. aoristus primus εἱλκύσθην: infinitiuus ἑλκυσθῆναι. 7 Imperfectum εἶλκιζον: futurum ἑλκίσω, & Atticè ἑλκιῶ: perfectum εἶλκικα: passiuum εἶλκισμαι. 8 Imperfectum εἶρπον: futurum ἕρψω: aoristus primus εἶρψα: perfectum εἶρφα. 9 Sunt qui scribant ἑρπύζω per ὑ ψιλὸν: imperfectum εἶρπιζον vel εἶρπυζον: futurum ἑρπίσω vel ὑσω: perfectum εἶρπικα vel εἶρπυκα. 10 Imperfectum & aoristus secundus medius ἐπόμην: futurum medium ἕψομαι: perfe-

Ionismus. ει pro η. Dorismus. η pro ει.

Tempora quædam ab ἕλκω.

ἑλκύω.

ἑλκίζω.

ἕρπω.

ἑρπύζω vel ἑρπίζω.

πομαι.

perfectum passiuum εἶμμαι. 11 Imperfectum εἰσίαον εἰσίων: futurum ἐσιάσω, seruat α. 157. 14. aoristus primus εἰσίασα: infinitiuus ἐσιᾶσαι: perfectum εἰσίακα. 12 Imperfectum εἴαον, εἴαες, εἴαε, crasi εἴων, εἴας, εἴα, et sine augmento ἔων, ἔας, ἔα, & Ionicè ἔασκε, 85. 5. futurum ἐάσω, 157. 14. aoristus primus εἴασα: Imperatiuus ἔαϑον, & Laconicè interposito β, ἔβαϑον: perfectum εἴακα, & reiecto augmento ἔακα. reperitur etiam in præsenti ἐιάω pro ἐάω. 13 Imperfectum εἴρυον: futurum ἐρύσω: aoristus primus εἴρυσα: perfectum εἴρυκα: passiuum εἴρυμαι: plus quàm perfectum ἐιρύμην, νϑ, νϑ, tertia pluralis εἴρυντο & Ionicè ἐιρύατο, 115. 11. 14 Imperfectum εἴθιζον: futurum ἐθίσω: aoristus primus εἴθισα, εἴθισας, εἴθισε: participium ἐθίσας, αντος: perfectum εἴθικα: participium ἐιθικὼς, ϑτος, assuetus: perfectum passiuum εἴθισμαι, εἴθισαι, εἴθισαι: participium ἐιθισμένος: aoristus primus ἐιθίσθην, ἐιθίσθης: participium ἐθισθείς. dicitur & ἐιθίζομαι pro ἐθίζομαι: imperatiuus ἐιθίζου & Ionicè ἐιθίζεο, assuesce, 120. 6. 15 Imperfectum εἰργαζόμην, εἰργάζου, εἰργάζετο: tertia plural. εἰργάζοντο: futurum medium ἐργάσομαι, ἔργασῃ, & sublato σ ἐργάῃ, vnde per crasim ἐργᾶ, operaberis, facies, dialecto Bœotica: (sic σκιδᾶ, dissipabis, pro σκιδάσῃ, à σκιδάομαι ὃ σκιδάννυμαι) aoristus primus medius ἐργασάμην: optatiuus ἐργασαίμην, ἐργάσαιο: perfectum passiuum εἴργασμαι, εἴργασαι, εἴργασται: participium εἰργασμένος: aoristus primus ἐιργάσθην, ἐιργάσθης, ἐιργάσθη. 16 Hinc cum ὑπὲρ, ὑπειρεῖχον, ες, ε, & mutato ο in ε augmento ὑπέιρειχον, ὑπείρειχες, ὑπέιρειχε, præstabat, supereminebat: & tertia pluralis ὑπέιρειχον, tenebant, superabant. 17 Optatiuus εἴποιμι, εἴποις: subiunctiuus εἴπω, εἴπῃς & Aeolicè εἴπῃσθα: infinitiuus εἰπεῖν. Ab εἶπον, εἶπες, fit tertia Ionica εἶπεσκε, dixit, 85. 5. ex εἶπε cum ἀνὰ fit ἀνέιπε, & cum altero augmento ἀνείπε, edixit: pro quo etiam ἀνέιπατε, per pleonasmum

11 ἰάω quod & ἐιάω.

12

13 ἐρύω.

14 ἐθίζω, quod & ἐιθίζω.

15 ἐργάζομαι.

Bœotismus.

16 ὑπέιρειχον.

17 ἔπω, quod & εἶπω.

ἑστήκω. 18 *ſmum ſyllabæ* πα. 18 *Cum* κτ, καθεστήκειν, *conſtitutus eram: ſic perfectum* καθέστηκα, *conſtitutus ſum: & Participium* καθεστηκὼς, ότος, *conſtitutus, paßiuam habet*
19 *ſignificationem.* 19 *Pro* εἴωθα *ſiue* εἶθα, *verſo* ει *in* η *Att.*
ἔθω. 20 *reperitur* ἦθα. 20 *His annumeratur* οἰνοποτάζω, *vinum*
οἰνοποτάζω. *bibo. at* οἰμώζω, *lugeo, facit* οἴμωζον *&* ᾤμωζον: *futur.*
οἰμώζω. οἰμώξω, *medium* οἰμώξομαι, οἰμώξῃ, οἰμώξεται: *Aoriſtus primus actiuus* ᾤμωξα, ᾤμωξας, ᾤμωξε.

Augmẽtum in cõpoſitis.

1 [1] Compoſiti augetur principium, ſi præpoſitio nihil addit ad ſignificatum: ἔπω, ἐνέπω, ἤνεπον, *dico:* εὕδω, καθεύδω, ἐκάθευδον, *dormio.*

Atticè aucta initio.

Quædam Attici augent initio, quorum ſimplicia non ſunt in vſu, ἀμφισβητῶ, ἠμφισβήτουν, *dubito:* ἀντιβολῶ, ἠντιβόλουν, *ſupplico.*

Aucta in medio.

2 Alia in medio, [2] ἀπολαύω, ἀπέλαυον &
3 ἀπήλαυον, *fruor:* [3] ἐπιχειρῶ, ἐπεχείρουν, *ag-*
4 *gredior:* [4] ἐγκωμιάζω, ἐνεκωμίαζον, *celebro,*
5 *laudo*, ſic aliqua [5] compoſita ex δυς & ευ,
δυσαρεστῶ, δυσηρέστουν, *moroſus ſum:* δυσαπι-
6 στῶ, δυσηπίστουν, *diffido, difficulter credo.* ſic [6]
7 εὐορκῶ, *ſanctè iuro:* [7] εὐεργετῶ, *beneficio affi-*
8 *cio.* [8] εὐαγγελίζομαι, *nuntio, bonum nuntium*
9 *affero* [9].

Aucta vtrinque.

Sunt quę vtrinque augentur: ἐνοχλῶ, ἠνώχλουν, *turbo:* ἀνορθῶ, ἠνώρθουν, *corrigo:* ἀνέχομαι, ἠνεχόμην, *patior, tolero.*

10 [10] Apud Atticos ſyllabicum augmentum

tum vertitur in temporale, ἔμελλον, ἤμελλον, *debebam*: ἐβουλόμην, ἠβουλόμην, *volebam*: ἐδυνάμην, ἠδυνάμην, *poteram*. sic εἴδειν, ᾔδειν, *noueram*, plus quàm perfectum ab εἴδω, *nosco*, *scio*. nam ε siue solùm siue in diphthongo, mutant in η.

ε augmentũ versum in η ἤμελλον, ἠβουλόμην, ἐδυνάμην. ᾔδειν, à μέλλω, βούλομαι, δύναμαι, εἴδω, καθίζω.

Sic ἵζω vel ἱζέω ἱζῶ, cum κατὰ, καθίζω, & καθιζῶ, *sedeo & sedere facio*: Imperfect. ἐκάθιζον, *primæ singul. & tertiæ plural.* Ionicè detracto augmento κάθιζον, *sedebant*: *futurum* καθίσω & καθιζήσω: Aoristus primus ἐκάθισα, ἐκάθισας, ἐκάθισε. *prima plural.* ἐκαθίσαπεν: Imperat. κάθιζον: Participiũ καθίσας: Perfect. κεκάθικα. Tamen διεπνάομαι *augetur in med.* διηπνόμην, *quanuis nihil aliud significet quàm simplex* ἐπνάομαι, *despondeo*. Sunt præterea non pauca, quæ præcipuè apud poetas augentur initio quanuis præpositio aliquid addat ad significatum: vt βάλλω, *iacio*, ἀμφιβάλλω, *dubito*: Imperfect. ἠμφίβαλλον. Hoc loco illud monendum, Clenardum hîc verba facere de augmento verborum compositorum, quæ componuntur è præpositione, vel ex δυς & ευ & alio verbo, quanuis non sit in vsu. atque componuntur ex α priuatiuo aut ex nomine & verbo, vel quæ ducuntur à nomine composito (quæ decomposita appellantur) in principio incrementum suscipiunt: vt ἀγνοέω ῶ, *ignoro*: Futur. ἀγνοήσω: Aorist. pri. ἠγνόησα, ἠγνόησας, ἠγνόησε: Homer. Ιλ. β'. aduocato ι ad ο dixit ἠγνοίησε, *ignorauit*, ex ἠγνόησα crasi οη in ω fit ἠγνώσα, ας: vnde tertia Ionic. ἀγνώσασκε, 85. 5. perfect. ἠγνόηκα. Pass. ἠγνόημαι: Partic. ἠγνοημένος: fit ἀγνόεω ex α priuatiuo & νοέω, *intelligo*, cum pleonasmo literæ γ: ex eodẽ νοέω cum ἀμφι fit ἀμφιγνοέω, *dubito*, quod etiam augetur initio, Imperfect. ἠμφιγνόεον ἠμφιγνόουν: Aoristus primus ἠμφιγνόησα. Ab ὁ ἡ ἀκριβὴς, ἐος, *diligens*,

ἀνεπνάομαι.

ἀμφιβάλλω.

Notio.

Composita ex α, aut ex nomine, & decomposita initio augentur.

ἀγνοέω.

ἠγνοίησε.

ἀμφιγνοέω.

ἀκριβόω.

fit ἀκριβόω, diligenter perquiro: Futurum ἀκριβώσω, Aoristus primus ἠκρίβωσα, ας, ε: Perfectum ἠκρίβωκα: Passiuum ἠκρίβωμαι: Participium ἠκριβωμένος, ἠκριβωμένη, accuratus, a. Ab ὁ ἡ ἀμελὴς, ἐς, negligens, piger, fit ἀμελέω, negligo. Futurum ήσω: Perfectum ἠμέλη-
ἀμελέω. κα: Infinitiuus ἠμεληκέναι: Perfectum passiuum ἠμέλημαι, ησαι, ἠμέλητ, neglectum est: Participium ἠμελημένος, neglectus: hinc aduerb. ἠμελημένως, negligenter, citra curam: reperitur hoc particip. sine augmento ἀμελημένος. Ab ὁ ἀντίδικος, ου, aduersarius causæ siue
ἀντιδικέω. litis, fit ἀντιδικέω, ad causam occurro, liti me offero: Imperfect. ἠντιδίκεον ἠντιδίκουν. ὁ ἡ ἀσελγὴς, ἐς, impu-
ἀσελγαίνω. dicus: hinc ἀσελγαίνω, lasciuio: Futur. ἀσελγανῶ, Aori-
ἀσελγέω. stus pri. ἠσέλγηνα, 95. 12. ab eodem quoque fit ἀσελγέω, petulanter ago: Futurum ἀσελγήσω: Perfectum ἠσέλγηκα: Passiuum ἠσέλγημαι: Participium ἠσελγημένος, η, ον, hinc τὰ ἠσελγημένα, iniuriæ & contumeliæ per petulantiam illatæ. Ab ὁ ἡ ἀσθενὴς, ἐς, infirmus, debilis,
ἀσθενέω. fit ἀσθενέω, imbecillis fio, langueo: Imperfectum ἠσθένεον ἠσθένουν: futurum ἀσθενήσω: Perfectum ἠσθένηκα.
ἀσιτέω. ὁ ἡ ἄσιτος, ου, ieiunus, inappetens, hinc ἀσιτέω, inedia pre-
ἀστατέω. mor: Imperfectum ἠσίτουν. ὁ καὶ ἡ ἄστατος, ου, instabilis, hinc ἀστατέω, instabilis sum: Imperfectum ἠστάτουν. ὁ ἡ
ἀσχολέομαι. ἄσχολος, ου, negotiosus, occupatus, hinc ἀσχολέομαι, occupor, negotia suscipio: perfectum ἠσχόλημαι, ησαι, ητ: Aorist. pri. ἠσχολήτην. tertia plura. ἠσχολήτησαν, operam & studium dederũt. Particip. ἀσχολασθεὶς, ἐντος, rei cui-
ἐναντιόομαι piam deditus. ὁ ἐναντίος, ου, contrarius, hinc ἐναντιόομαι οῦμαι, aduersor: Imperfect. ἠναντιόομην, όου, όετο, crasi ἠναντιούμην, ἠναντίου, ἠναντιοῦτο: Perfectũ ἠναντίωμαι, ωσαι, ωτ: Aorist. primus ἠναντιώθην, ης, η: hinc Infinitiuus ἐναντιωθῆναι, & Participium ἐναντιωθεὶς, ἐν-
καινουργόω. τος. ὁ καινουργὸν, οῦ, recens factum, vnde καινουργέω, no-
καλλιγρα- uum aliquid molior aut designo: Imperfectum ἐκαινούρ-
φέω. γουν. ὁ καλλιγράφος, ου, lepidus scriptor, vnde καλλιγρα-

φέω,

φέω, pulchrè scribo & eleganter: Imperfectum ἐκαλλιγράφουν. sic ab ὁ ἡ καλλιεπὴς, ἐος, elegans & splendidus in verbis, fit καλλιεπέω, ornatè & eleganter dico: Futurum ήσω: Perfectum κεκαλλιέπηκα: Passiuũ ημαι: Participium κεκαλλιεπημένος, ornatus, disertus: vnde aduerbi. κεκαλλιεπημένως, disertè & ornatè. sic etiam καλλιερέω, numine propitio vtor, sacra facio, futurum ήσω: Aoristus primus ἐκαλλιέρησα, ας, ε: Imperfectum passiuum ἐκαλλιερεόμην, ἐκαλλιερέου, ἐκαλλιερέετο, crasi ἐκαλλιερεῖτο. ὁ παιδαγωγὸς, οῦ, pædagogus, custos & institutor pueri, vnde παιδαγωγέω, pueros sequor, id est, sum pædagogus, erudio: Futurum παιδαγωγήσω: Perfectum πεπαιδαγώγηκα: Passiuum πεπαιδαγώγημαι, πεπαιδαγώγησαι, πεπαιδαγώγητ). ὁ πανοῦργος, ου, astutus, qui omnibus in rebus versatus est: ab hoc πανουργέω, callidè ago, scelestus sum & astutus: futurum πανουργήσω: Perfectum πεπανούργηκα, πεπανούργηκας: Participium ὁ πεπανουργηκὼς, ότος, τοῦ πεπανουργηκότι. ὁ πολλαπλάσιος, ου, multiplex, à quo πολλαπλασιάζω, multiplico, imperfect. ἐπολλαπλασίαζον. ὁ καὶ ἡ φιλόσοφος, ου, philosophus, sapientiæ studiosus, hinc φιλοσοφέω, philosophiæ studio indulgeo: Futurum ήσω: Perfectum πεφιλοσόφηκα: Passiuum πεφιλοσόφημαι, πεφιλοσίφησαι: Imperatiuus πεφιλοσόφησο, πεφιλοσοφήσθω, disputatum sit. φιλότιμος, ου, ambitiosus, ab hoc φιλοτιμέω, ambitiose quippiam conor: futur. ήσω: Perfectum πεφιλοτίμηκα. Passiuum ημαι, ησαι, ηται: Aoristus primus ἐφιλοτιμήθην, ης, prima pluralis: ἐφιλοτιμήθημεν ἐις ὑμᾶς, in vos contulimus. ὁ ἡ χειραγωγὸς, οῦ, qui manu ducit, vnde χειραγωγέω, manu duco: Imperfectum ἐχειραγώγουν. Hæc tam multa exempla in medium attulimus, vt ex his discant pueri similia formare, atque vt in thematis inuestigatione esse possint multo promptiores. idem & in sequentibus factitabimus, ijs qui in hac exercitatione tirones sunt obsecuti,

καλλιεπέω.

καλλιερέω.

παιδαγωγέω.

πανουργέω.

πολλαπλασιάζω.

φιλοσοφέω.

φιλοτιμέω.

χειραγωγέω.

qui à nobis efflagitarunt, vt sibi hac in re operam dare=

ἀπελαύω. 2 mus. 2 Huius futurum ἀπελαύσω: aoristus primus ἀπέ=
λαυσα, ἀπέλαυσας, ἀπέλαυσε, tertia plural. ἀπέλαυ=
σαν. dicitur & ἀπήλαυσα vt ἀπήλαυον, Atticè augmen
to syllabico ε in temporale η mutato: perfectum ἀπε= 5

ἐπιχφρέω. 3 λέλαυκα: infinitiuus ἀπελελαυκέναι. 3 Futurum ἐπιχφ=
ρήσω: aoristus primus ἐπιχέιρησα: perfectum ἐπιπιχέι=
ρηκα: passiuum ημαι, ησαι, ηται: aoristus primus ἐπε=

ἐγκωμιάζω. 4 χφρήθην, ης, η: participium ἐπιχφρηθεὶς, εῖσα, έν. 4 Fu=
turum ἐγκωμιάσω: perfectum ἐγκεκωμίακα: passiuum 10
ασμαι, ασαι, αται: aoristus primus ἐνεκωμιάσθην: par=
ticipium ἐγκωμιασθεὶς, έντος, laudatus. sunt qui scri=

ἀυσφημέω. 5 bant imperfectum ἐνεγκωμίαζον pro ἐνεκωμίαζον per
pleonasmum literæ γ. 5 Sic ἀυσφημέω, maledico, impiè
& irreligiosè loquor: futurum ἀυσφημήσω: aoristus 15
primus ἐἀυσφήμησα, ἐἀυσφήμησας, ἐἀυσφήμησε. At

ἀυχεραίνω. ἀυχεραίνω, indignor, grauiter & egrè fero, augetur
initio: imperfectum ἐἀυχέραινον, ες, ε: futurum ἀυχε=
ρανῶ: aoristus primus ἐἀυχέρανα: & in optat. Aeolico
ἀυχεράνϑα, ας, ε: atque in subiunct. ἀυχεράνω, μὴ ἀυ= 20

ἐυορκέω. 6 χεράνητε, ne grauiter feratis. 6 Imperfectum ἐυώρκεον
ἐπιορκέω. ἐυώρκουν. huic opponitur ἐπιορκέω ῶ, peiero, falso deiero
per: quod etiam in medio augetur: fut. ἐπιωρκήσω: perf.

ἐυεργετέω. 7 ἐπιώρκηκα. 7 Futurum ἐυεργετήσω: aorist. pri. ἐυηργέτη
σα. reperitur tamen perfectum sine augmento, ἐυεργέτη= 25
κα, ας, ε: passiuum ἐυεργέτημαι: participium ἐυεργετη=

8 μένος, beneficijs affectus. 8 Imperfectum ἐυηγγελιζόμην:
futurum med. ἐυαγγελίζομαι, & Atticè ἐυαγγελοῦμαι:
particip. ἐυαγγελιούμενος nuntiaturus: forma fut. secun.
sic actiuum ἐυαγγελῶ: fut. ἐυαγγελίσω & Atticè ἐυαγγε= 30
λιῶ: aorist pri. ἐυηγγέλισα, ἐυηγγέλισας, ἐυηγγέλισε. med.

ἐυαγγελίζω. ἐυηγγελισάμην, ἐυηγγελίσω, ἐυηγγελίσασθε: perf. pass. ἐυηγ=
γέλισμαι, ισαι, ισαι: part. ἐυηγγελισμένος: aorist. prim.
ἐυηγγελίσθην: imperf. ἐυαγγελίσθητι, ἐυαγγελισθήτω. dici=

ἐυαγγέλλω. tur & ἐυαγγέλλω: aori sec. ἐυήγγελον: pass. ἐυηγγέλην, nun=
tiatus

tiatus sum, id est, mihi bonus nuntius allatus est. 9 His adde ex Budæo, ἀπενεόω, obstupeo: fut. ώσω: aorist. prim. pass. ἀπηνεώθην, obstupui. ἀτρεδιοτρμπέομαι, auerto: ἀτρλοσέομαι, rationem reddo, pro me respōdeo: ἀφηνιάζω, commordeo frænum, frænum non admitto: ἐμβατεύω, incedo: ἐνδοιάζω, dubito: ἐπιτρλάζω, fluito: ἐνεργέω, beneficium colloco: κάθημαι, sedeo. interdum tamen augetur etiā initio, vnde ἐκάθηντο vel καθῆντο, sedebant: πρανομέω, violo, iniquè et cōtra leges ago: προπηλακίζω, vitupero: προφασίζομαι, capio occasionem, prætexo: imperf. προεφασιζόμην, & crasi προὐφασιζόμην. verum de huiusmodi contractione plura circa finē Annotat. in verb. καταγλωττίζω, suauior: item conuitior: huius part. perf. pass. est κατεγλωττισμένος, pro κατασεσλωττισμένος: non enim repetitur prima cōsona them. simpl. quāuis ε sit anceps. Multa alia quæ hic non enumerauimus hoc aut illo modo faciētia, recēsentur à Clenardo in Inuest. them. in verbo ἁλίσκομαι, & illius cōposito ἀναλίσκω. Ceterū hæc augmenti varietas Attic. non solū habet locum in cōpositis quorum simplicia non sunt in vsu, sed etiam aliquando in ijs quorū simplicia sunt vsitatiss. vt τριέομαι, facio: cōpositū παιδοτριέομαι. i. filios procreo, augetur initio, πεπαιδοτρίημαι: quod componatur ex nomine παῖς, παιδὸς, puer, filius. Ab ἵημι, mitto, cōpositū ἀφίημι, dimitto, nūc augetur initio, ἠφίει dimittebat (imperf. tāquā ab ἀφιέω, vt habes, 181. 26.) nūc in med. ἀφεῖμαι, dimissus sum, perf. pass. nunc vtrinque, ἠφέιθη, dimissus est, aor. pri pass. pro ἀφέθη. Verū huiusmodi varietas rarò inuenitur in cōpositis è præpositionibus & verbis simplicibus vsitatis, nā hæc ferè semper augentur in med. 10 Poetæ verò nonnunquā augmentū syllabicū causa metri positione producunt, geminata videlicet consona sequente, vel assumpta externa cōsonante: vt à λήγω, cesso: fut. λήξω: aorist. pri. ἔληξα, & geminato λ, ἔλληξα. à δουπέω, strepo, aorist. pri. ἐδούπησα, & poeticè ἐγδούπησα, aduocato externo γ.

Aucta in medio.

προὐφασιζόμην.

κατεσλωττισμένος.

Appendix.

Augmenti varietas vbi habeat locū.

πεπαιδοτρίημαι.

ἠφίει.

ἀφεῖμαι.

ἠφέιθη.

Augmentum ε à poetis positione productum.

ἔλληξα.

ἐσδούπησα.

De perfecto ε in ο.

Perfecto Attici penultimam ε diſyllabi primæ & ſecundæ coniugationis vertunt in ο, ~~πέμπω~~, *mitto*, πέπεμφα, communiter, πέπομφα Atticè: ~~βρέχω~~, βέβρεχα, βέβροχα, *irrigo*.

πέπομφα. βέβροχα.

μεμένηκα. 1 Verbum μένω [1] facit μεμένηκα, tanquã à μενέω, *maneo*.

Reduplicatio Attica in præterito incæptorum ab ε, ο, α.

2 [2] Attici inchoatorum ab ε, ο, & α breui, præterito communi præfigunt duas priores literas præſentis, ὀρίζω, *contendo*, ἤρικα, ὀρήρικα, paſsiuum ὀρήρισμαι. ὄλλω, *perdo*, ὤλα, ὄλωλα, præteritum medium

ἐρήρικα. ἐρήρισμαι. ὄλωλα.

3 eſt: ἀγείρω, *congrego*, ἤγορκα, ἀγήγορκα, ἀγήγορμαι.

ἀγήγορκα. ἀγήγορμαι.

4 4 Corripitur autem præteriti Attici tertia ſyllaba, ſi trium ſyllabarum numerum exceſſerit: hoc modo, vertitur η in ε, ω in ο, φ & θ abijciunt ε, οι & υ ſubiunctiuam: ἀλήθω, ἤληκα, [5] ἀλήλεκα, *molo*: ὀρώτω, ἠρώτηκα, ὀρηρότηκα, *interrogo*: ἀλείφω, [6] ἤλιφα, ἀλήλιφα, *ungo*: ἐλεύθω, [7] ἤλυθα, [7] ἐλήλυθα, *venio*: ἐξιμαίζω, ἠξίμακα, ἑτητόμακα, *paro*: ἀκούω, ἤκουα, ἀκήκοα, *audio*.

Atticiſmus.

ἀλήλεκα. ἐρηρότηκα. ἀλήλιφα. ἐλήλυθα. ἑτητόμακα. ἀκήκοα.

ἐρήρφκα. ἐρήρφσμαι. ἐρήρφδα.

8 At ὀρείδω, *firmo*, *harceo*, [8] ἤρφκα, ὀρήρφκα, 9 [9] ὀρήρφσμαι, ὀρήρφδα, vt differat ab ὀρήρεικα verbi ὀρίζω, *contendo*.

Verbum ἔδω, *edo*, ἤκα, ἐδήκω, & inter-

iecta

iecta syllaba δο, ἐδήδοκα: passiuum ἐδήδομαι: sic ἄγω, *duco*, assumit γ, ἦχα, ἄγηχα, ἀγήγοχα: sed euphonia tollit γ, [10] ἀγήοχα. 10

ἐδήδοκα.
ἐδήδομαι.
ἀγήοχα.

Incœptis ab ο vel ω præteritum Atticum præfigit ε, ὁράω, *video*, ὦρακα, ἑώρακα, οἴγω, *aperio*, ὦγα, [11] ἔωγα. vnde fit [12] ἀνέωγα, *aperui seu apertus sum*: ὤθω, *impello*, ὦσμαι, ἔωσμαι: ὠνέομαι, *emo*, ὤνημαι, ἐώνημαι. Idem fit in præterito imperfecto, ἑώρων, *videbam*: [13] ἐωνούμην, *emebam*, [14] & consimilibus. 11 12 13 14

ε ante { ω, ῳ, ο

ἑώρακα.
ἔωγα, ἀνέωγα.
ἔωσμαι.
ἐώνημαι.
ἑώρων.
ἐωνούμην.

Sic ἔοικα, *assimilo, conueniens sum*: mediũ præteritum facit οἶκα, vnde [15] ἐοικα *similis sum, congruo*. Accidit hoc & in aoristis aliorum quoque verborum, ἧκα, ἕνηκα, *misi*: vnde ξυνέηκα, *commisi*: *item intellexi*: εἶπα, [16] ἔφπα, *dixi*: προσέφπα, *allocutus sum*: ὠσάμην, ἐωσάμην, *impuli*: sed huiusmodi magis poetarum sunt. 15 16

ἔοικα, ξυνέηκα, ab ἵημι, ξυνίημι.
εἶπα, προσέιπα, ab ἔπω, προσέπω.
ἐωσάμην, ab ὤθω.

[17] Ceterum ε augmentum Atticum, spiritum sortitur præsentis, ὁράω, ὦρακα, ἑώρακα, *vidi*: ὠνέομαι, ὤνημαι, ἐώνημαι, *emi*. 17

Spiritus ε augmenti Attici.

Attici præterea pro incremento λε & με ponunt φ diphthongum: λαμβάω, *sumo*, λέλημφα, ἔλημφα: μείρομαι, *sortior*, μέμμρμαι, [18] ἔμμρμαι. 18

Atticismus.

φ pro { λε. με.

Atticæ reduplicatio etiã in præsentibus.

1 Futurum tamen μενῶ regulare est, 68.11. & aoristus
2 primus ἔμφνα, 95.25. participium μείνας, αντ Θ. 2 Huiusmodi reduplicatio non solùm habet locum in præteritis, sed etiam interdum in præsentibus præcipuè verborum in μι. vide, 179.22. 3 Hinc tertia pluralis Ionica ἀ-
ς
ἀσιστέραζ). 4 γηγέραζ), congregati sunt, 115.10. & 19. 4 Doricè verò nonnunquam manet longa: at quæ sola positione producitur, ne Atticè quidem aut cõmuniter corripitur, vt patet ex ἀγήγερκα. 5 Passiuum ἀλήλισμαι: participium
Dorismus.
Notio.
ἀλαλεσμένΘ.
6 ἀλαλισμένΘ, molitus. 6 Passiuũ ἤλφμμαι, Atticè ἀλή- 10
ἀλήλιπται.
λιμμαι, ἀλήλιφαι, ἀλήλιπται non ἤλφπται: participium
7 ἀλαλιμμένΘ: aorist. secund. est ἤλιφον, 97.8. 7 Et poeticè ἐλήλαθα, veni: vbi ι producitur aduocato ι, & tertia
ἐλήλαθα.
syllaba Doricè manet longa: prima plura. ἐλήλαθαμεν,
ἐλήλαθμεν.
8 & syncope ἐλήλαθμεν. 8 Hinc participium ἠρμκὼς, ὁῦς, 15
9 qui hæsit. 9 A tertia singul. ἠρήρφσαι fit tertia plural. Ionica ἠρηρίδαζ), nixi sunt, 115.10. & 15. plus quam perfectum, sumit aliud incrementum ἠρηρέισμεν, inhæsε-
ἠρηρέισμεν.
ἀσσέιοχα.
10 ram. 10 Bœoticè ἀγέιοχα, η in ει mutato, 182.6. 11 Præ-
11 terita est medium: participium ὁ ἐωγὼς, ἡ ἐωγῦα, aper- 20
ἐωσῦα.
ἠνέωχα.
12 tus, aperta. 12 Et rursus aucta præpositione, ἠνέωγα. 13
13 Tertia plu. ἐωνέονζ, ἐωνῦνζ, emebant, ab ὠνέωμαι. 14
14 Vt ab οἰνοχοέω ὦ, vinum fundo, imperfε. ὠνοχόων, ὠνο-
ἐωνοχόθ.
χόθς, ὠνωχόει & ἐωνοχόει. Ia. γ. Ceterùm his quæ hoc 25
Notio.
loco à Clenardo recensentur, non vtuntur doctores qui
prosa oratione scripserunt, nisi cum appositione huius
augmenti ι. at poetæ illud non rarò detrahunt: vnde ὥρα
ὥρα, ἑώρα.
pro ἑώρα, intuebatur, tertia imperfecti ab ὁράω. sic ab
ὦξα, ἔωξα.
οἴγω, οἴξω: aor. pri. ὦξα pro ἔωξα, & soluta diphthongo
ὤϊξα, ὤϊξας. ὤϊξε: perfect. ὦχα: pass. ὦγμαι: plus quam 30
ὤϊξας, ς.
ἐπώχαζ.
perfε. ὠγμην, ὦξο, ὦκζ: vnde tertia plur. Ionica (115.10.)
15 ὦχαζ, cum ἐπὶ, ἐπώχαζ, inclusi erant. 15 Atque hinc
ἑοικὼς, ὁτος.
ἐικὼς, ὁτ Θ.
ἐικὼς, ὁτ Θ.
vsitatissimum illud participium ἔοικὼς, ὁτ Θ, similis.
at ὁ ἐικὼς, ὁτ Θ, similis, decens: & neutrum τὸ ἐικὸς ἐικό-
τ Θ, par, decens, consentaneum, vero proximum. signum
nece-

necessarium, ducuntur ab εἵκα pro ἔοικα, quod formã habet præteriti medij ab εἴκω, sed ει non mutatũ fuit in η. ἑῖκα.
sunt qui velint Bœoticum esse pro aorist. pri. εἶξα, similis ἑῖξα.
sum, in cuius tertia plural. reperitur εἶξασι pro εἶξαν, ab
εἴκω: cuius fut. εἴξω: perf. ἑῖκα: pass. ἑῖγμαι, εἶξαι, & soluta diphthongo, versoque ι in η, ἧῖξαι. ἧῖκται.
plus quàm perf. ἠΐγμην, ἠΐξο, ἠΐκτο, similis erat. tert. perf. ἧῖκτο.
εἶκτ), cum augmento ε, ἔϝκτ), similis est. Hæc præterita Annotatio.
præsentis significationem habent, & plus quàm perf. im
perfecti. 16 Sic in aor. sec. εἶπρο, ἔειπρν, ab ἔπω dico, quod 16 ἔειπρν.
per ϝ augetur. 17 Hoc fit contra regulam generalem, quæ 17 Regula.
vult ε augmentũ syllabicum notari semper spiritu tenui.
18 Tertia persona εἵμαρτ) fatum est: tertia plus quàm 18 εἵμαρτ).
perfecti εἵμαρται, fato decretum erat: part. ἑιμαρμένος, εἵμαρται.
fatalis. Pro εἵμαρμαι reiecto ι & metathesi dicitur ἔμ- ἑιμαρμένος.
βραμαι, fatatus sum: inseritur β, quòd μ ante ρ nõ po- ἔμβραμαι.
natur, 8. 33. hinc ἡ ἐμβραμίνη, vt ab εἵμαρμαι ἡ ἑιμαρ- ἐμβραμένη.
μένη, id est, fatum, fors, fatalis cursus. sunt qui scribant ἑιμαρμένη.
cum spiritu aspero εἵμαρμαι, ἑιμαρμένη, ἀ μείρομαι,
20 præt. med. est μέμορα, sortitus sum, & poeticè ἔμμορα ἔμμορα.
facta metathesi. qua etiam in quibusdam alijs præteritis
vtuntur: vt ἔαυμαι, motus sum, pro σέσυμαι, ἀ σύω, ἔαυμαι.
moueo: part. ἐαυμένω, properans: hinc aduerb. ἐαυμέ- ἐαυμένως.
νως, studiosè, certatim, propere: tertia perfe. ἔαυτ), cum ἐπί, ἐπέαυτ), impetum fecit: plus quàm perfe. ἐαύμην, ἐπέαυτ).
25 ἔαυται, ἔαυτο, exilibat, cum διά, διέαυτο, peruagabatur: διέαυτο.
potest censeri imperfect. ἀ σύμαι. aorist. pri. ἐαύθην, ter- ἔαυθεν.
tia plu. ἐαύθησαν, et Bœoticè ἔαυθεν, eruperunt, 118. 14.

1 Plus quàm perfecti et prima et tertia 1 De plus quã
30 singularis Atticè per η sine ν: ἑτετύφη ἐγὼ, perfecto actiuo & medio.
verberaueram ego. ἑτετύφη ἐκεῖνος, verberauerat ille: 2 vnde ἐκεχάνη plus quam perfectum medium ἀ χαίνω, dehisco: et ᾔδη pro 3 ᾔδειν, ab εἴδω, scio. Atticismus. 2 ἐκεχήνη. 3 ᾔδη.

4 Tertiam

ἐτετύφισαν. ἤδεισαν, ἀκηκόεισαν, ἀπύπτω, εἶδω, ἀκούω.

4 4 Tertiam pluralem ἐτετύφεσαν Atticus effert per εσαν elidendo ſubiunctiuam: ἐτετύφεσαν, ἤδεσαν, ἀκηκόεσαν, *verberauerant, nouerant, audiuerant.*

πεθεμελίωτο

6 6 Eſt quandoq; hoc tempus contentum incremento perfecti: πεθεμελίωτο, *fundatus erat*, plus quàm perfectum paſsiuum à θεμελιόομαι, *fundor, aris.*

Plus quàm perfectum cum triplici augmento. ἠγηγέρκειν, ὠρωρύχειν, ἠκηκόειν, ab ἀγείρω, ὀρύσσω, ἀκούω. ἐώλπειν, ἐώργειν, ἐώικειν, ab ἔλπω, ἔργω, ἔοικω, Ioniſmus. ὀλώλειν. ὀλωλιέναι. ὀλωλιώς.

Atticum plus quàm perfectum temporaliter initio augetur: 7 ἀγήγερκα, ἠγηγέρκειν, *congregaui, congregaueram*: 8 ὀρωρύχειν, *fodi, foderam*: ἀκήκοα, ἠκηκόειν, *audiui, audiueram*: Excipe 9 ἐλήλυθειν, *veneram*, ab ἐλήλυκα & ἐλήλυθα, ab ἐλεύθω, *venio*. At ἔολπα, *ſperaui*, ἐώλπειν: ἔοργα, *compoſui*, ἐώργειν: ἔοικα, *ſimilis ſum* 10 ἐώικειν, 11 augentur ſecunda ſyllaba, pro ὠλπειν, ὠργειν, ὠικειν.

ἤδεια, ἤδειας, ἤδει. Doriſmus. ἐλελοίπεσαν

1 Id fit arrepta ab Ionibus occaſione, qui primam perſonam plus quàm perfecti act. & medij per εα, & tertiam per ει efferunt, quæ Attici & Dores in η contrahunt. 2 2 Sic ὀλώλη, oluerat, ab ὄλλω: Præter. med. ὤλλα, 126. 19. Atticè ὤλωλα, & pro λ repetito (hinc inf. ὀλωλιέναι, & Particip. ὀλωλιὼς, ότος) plus q. ὠλώλειν, ὠλώλεις, ὠλώλει, & Ionicè detracto priori augmento ὀλώλεια, 3 ὀλώλειας, ὀλώλειε, & craſi Attica ὀλώλη. 3 Vide Inueſtigationem thematis in verbo εἶδω. Reperitur & Ionicum ἤδεα, ἤδεας, ἤδεε, noueram, ras, rat: vnde factum 4 eſt Atticum ἤδη, noueram & nouerat. 4 Idem & Dores obſeruant. His ſimilia ſunt ἐλελοίπεσαν, omiſerant, ἀλέπω:

à λείπω: præt. med. λέλοιπα, 127. 10. ἐπεπράγεσαν, egerant à πράττω: præt med. πέπραγα, 126. 19. ἐκεχώρηκεσαν: cesserant, & detracto ε Ionicè, κεχωρήκεσαν, à χωρέω, μ. ήσω, π. ηκα. [5] Ionicè sine ε, τετύφεσαν. [6] Iones & poetæ id in multis obseruant: imò non rarò perfecti quoque augmentum plus quàm perfecto pass. detrahunt: atque nonnunquam imperfecti augmentum tantummodo illi concedunt: vt δέδεκτο, δέκτο, & ἔδεκτο, atque ectasi poetica δείδεκτο, pro ἐδέδεκτο, susceperat: et prima persona ἐδέσμην, pro ἐδεδέσμην, à δέχομαι, ex δείδεκτο fit tertia plural. Ionica (115. 10.) δειδέχατο: sic in tertia plurali perfecti δειδέχατο, susceperunt. ἔλεκτο pro ἐλέλεκτο, concubuerat, à λέχομαι. ἑλέλικτο, conuolutus erat, pro ἡλήλικτο, ab ἑλίσσω: Futurum ἑλίξω. præt. ἥλιχα: Pass ἥλιγμαι, & per reduplicationem Atticam ἑλήλισμαι, vnde plus quàm perf. ἡληλίσμην, ἡλήλιζω, ἡλήλικτο, & sublato vtroque augmento, remanente tamen reduplicatione, ἑλέλικτο ἐπάμειπτω pro ἐπήμειπτο, responderat: ab ἐπαμείβομαι. ἔπλητο pro ἐπέπλητο, impletus erat vel implebatur: & in tertia plurali ἔπληντο pro ἐπέπληντο, à πλάω ὁ πλήθω. malim esse imperfectum à πλῆμη penultima remanente longa in voce pass. πλῆμαι, ἐπλήμην ἔπλησο, ἔπλητο, κεκάρκειν, κεκάρκεις, κεκάρκει, totonderam, as, at, pro ἐκεκάρκειν, à κείρω, futurum κερῶ, 68. 22. perfectum κέκαρκα, 92. 8. Passiuum κέκαρμαι. κέκλαστο, pro ἐκέκλαστο, fractus erat, à κλάζω: futurum κλάσω: Perfectum κέκλακα: Passiuum κέκλασμαι. πάλτο, impactus fuerat. pro ἐπέπαλτο, à πάλλομαι, titubo. πραπολελαύκειν pro πραπελελαύκειν, vel pro παρητρλαύκειν, obiter fructum ceperam, à παρατρλαύω, quod componitur ex πρὰ & ἀτρλαύω, atque ἀτρλαύω ex ἀτὴ & inusitato λαύω. πεφόβητο, territus erat: vnde tertia plural. Ionica (115. 10. & 29.) πεφοβήατο pro ἐπεφόβηντο, à φοβέω, μ. ήσω. χύτο, fusus erat, pro ἐκέχυτο: in tertia plural. χύντο pro ἐκέχυντο:

ἐπεπράγεσαν.
κεχωρήκεσαν.
τετύφεσαν.
Augmentum plus quàm perfecti apud Iones & poetas.
δέδεκτο, δέκτο, ἔδεκτο, δείδεκτο, δειδέχατο.
ἔλεκτο.
ἑλέλικτο.
ἐπάμειπτο.
ἔπλητο.
ἔπληντο.
κεκάρκειν.
κέκλαστο.
πάλτο.
πραπολελαύκειν.
πεφόβητο.
χύτο.

cum

ἀμφέχυθ·

cum solo imperfecti augmento ἔχυθ, cum ἀμφὶ, ἀμφέ-
7 χυθ, circunfusus erat. vel circunfundebatur. 7 Potest du-
ci ἤγηρμαι ab ἀγείρω, de quo supra. 248. 13. vel ab ἐγέ-
ρω, excito: quorum perfectum ἤγερκα, collegi vel excita-
ui: pass. ἤγερμαι, collectus sum vel excitatus sum: Atti-
cè ab ἀγείρω, ἀγήγερκα, ἀγήγερμαι: ab ἐγείρω, ἐγήγερ-
κα, ἐγήγερμαι: plus quàm perfectum ab vtroque ἠγηγέρ-
8 κειν, collegeram vel excitaueram. 8 At ὠρωρέχειν, porre-
xeram, ab ὀρέγω: pass. ὠρωρέχμην, ὠρώρεξο, ὠρώρεκτο:
hinc detracto priori augmento fit tertia plural. Ionica
9 (115. 10.) ὀρωρέχατο, porrecti erant. 9 Tertia plur. ἐλελύ-
10 θεσαν, & Att. ἐλελύθεσαν. 10 Et sine augmento ἐοίκεν:
11 in tert. plur. ἐοίκασαν, et Att. ἐοίκεσαν, similes erãt. 11 Sic
ἑορτάζω, festum diem ago: imper. ἑώρταζον pro ἑόρταζον.

ἤγερκα, ἤγερ-
μαι.
ἀγήγερκα.
ἐγήγερκαν.
ἠγηγέρκειν.
ὠρωρέχειν.

ὀρωρέχατο.
ἐλελύθεσαν.
ἐοίκεσαν.
ἑώρταζον.

De aoristo primo.

Aoristus primus consonantem seruat futuri, præter quinque, εἶπα, εἶπα, *dico*: ἤνεγκα, ἤνεγκα, *fero*: ἔθηκα, ἔθηκα, *pono*: 1 δίδωμι, ἔδωκα, *do*: ἵημι, ἧκα, *mitto*: 1 duo primi etiam in reliquis modis vsurpantur, tres vltimi minimè.

εἶπα.
ἤνεγκα.
ἔθηκα.
ἔδωκα.
ἧκα.

Quatuor scribuntur purè, χέω, ἔχεα vel 2 ἔχυθα, *fundo*: 3 καίω vel κάω, ἔκηα, *accendo*: σβέω, ἔσβεα, *moueo*, ἀλέω, ἤλεα, *euito*, sublata futuri consonante.

ἔχεα, ἔχευα
ἔκηα. ἔσευα. 2 3
ἤλευα.

Ducta ab εἶ-
πα & ἤνεγ-
κα.

Ab εἶπα Imperatiuus εἶπον, εἰπάτω: optat. εἴπαιμι: 1
participi. εἴπας, αντ Θ. Ab ἤνεγκα: imperat. ἔνεγκον, ἐνε-
γκάτω: optat. ἐνέγκαιμι: infinit. ἐνέγκαι: part. ἐνέγκας,
αντ Θ. in voce med. ἠνεγκάμην, tertia plural. ἠνέγκαντο,
& Ionicè reiecto augmento ἐνέγκαντο, tulerunt: infinit.
ἐνέγκασθαι: particip. ἐνεγκάμενος. 2 Dicitur & ἔχευσα ἀ 2
futur. χεύσω: hinc infinit. χεῦσαι, cum κτ, κατα-χεῦσαι,
& poeticè κακχεῦσαι, effudisse, 89. 7. & 16. 3 καίω sine 3
κάω

κακχεῦσαι.

κάω facit in fut. καύσω pro καίσω vel κήσω. hinc alius aoristus ἔκαυσα. & in aorist. pri. pass. ἐκαύθην, succensus sum. at ἔκηα fit à κήσω, sublata futuri consonante, non autem à καύσω: hinc infinit. κῆαι. part. κήας: aorist. pri. med. ἐκηάμην: tertia plural. reiecto augmento κήαντο, accenderunt: particip. κηάμενος, combustus.

ἐκαύσα. ἐκαύθην. κῆαι. κήας. κήαντο.

Aorist. secundus disyllabus [1] in multis non corripit penultimã, quod in eandẽ cadat augmẽtũ, ᾄδω, ᾖδον, *cano*: ἕλκω, εἷλκον, *traho*: ἕλω, εἷλον, *traho*: ἔπω, εἶπον, *dico*: ἔχω, εἶχον, *habeo*: ἥκω [2] ἧκον, *venio*: ἄγω, ἦγον, *ago*: et Att. ἤγαγον, interposito γα: εἴδω, εἶδον, *scio*: nã ἴδον poeticũ est: ἐλεύθω, ἦλθον, *venio*: sed est syncope ab ἤλυθον.

De aoristo secund.

ἤγαγον. ἴδον. ἦλθον.

Etiam trisyllabus [3] penultima longa, εἰνέγκω, ἤνεγκον, *fero*: πάρθω, ἔπαρθον, *deuasto*: δέρκω, ἔδαρκον, *video*: et [4] metathesi poetica, ἔπραθον, [5] ἔδρακον. πγήσσω, ἔπληγον *percutio*, ad corpus pertinet: ἔπλαγον *perculsi*, ad animum:

ἤνεγκον. ἔπραθον. ἔδρακον. ἔπληγον. ἔπλαγον.

δέδρομα. 152. 25. sed præteritum medium δέδρομα, cucurri, à δρέμω formandum, 127. 8. non à δραμέω: nam ex hoc fieret δέδραμα, 152. 25. Quidam hæc tempora non ad
15 τρέχω, sed ad διδράσκω referunt. 15 Sine augmento φάγον: imperatiuus φάγε: subiunctiuus φάγω, φάγῃς, φάγῃ, cum πρὸ, προφάγῃ, antè ederit: prima plural. φάγωμεν, comedamus: infinitiuus φαχεῖν. Facit quoque τρώγω in aoristo secundo ἔτραγον, 96. 12. infinitiuus τραγεῖν,
16 comedere. 16 Quo etiam poetæ vtuntur. 17 De his, 264.
17 20. & 341. 10. atque 364. 25. Vide quoq; 260. 13. 18 Hinc
τυγχανόντων. 18 τυγχανόντων, assequantur, pro τυγχανέτωσαν, 259. 5.
19 19 Tertia persona τεύξεται, consequetur: infinitiuus τεύξεσθαι, fruiturum esse: participium τευξόμενος, ade-
20 pturus, cõsecuturus. 20 Τεύχω in vsu habetur, pro struo, facio,

facio, fabrico: hinc in tertia plural. imperfecti pass. sine augmento τύχονζ, struebant. In Aoristo primo actiuo τεύξει pro ἔτευξε, fecit: tertia plural. ἔτευξαν, fecerunt. τεύξει. 21 Hinc imperat. τύχε, consequere: optatiuus τύχοιμι, 21 τύχοις, τύχοι: tertia plural. τύχοιεν: Subiunctiuus τύχω, τύχῃς, τύχῃ: prima plural. τύχωμεν: Infinitiuus τυχεῖν: Participium τυχών, τυχοῦσα, nactus, nacta, consecutus, ta. Aoristus secundus medius ἐτυχόμην, Ionicè (22. 2.) ἐτυκόμην, poeticè (88. 3.) τετυκόμην & τετυχόμην, pa= τετυχόμην. rari, stuxi: hinc in tertia plural. ἐτετύκονζ: & in prima τετύκονζ. plural. optatiui τετυχοίμεθα. 22 Ionicè τετύχηα, na= 22 τετυχοίμε= ctus sum, 184. 4. & 185. 33. A τετύχηκα, tertia persona θα. τετύχηκε, fuit, est: sine participio. 23 Hinc etiam fit τύ= 23 τετύχηα. χησε, contigit: Aorist. primus sine augmento. 24 Sic in 24 τύχησε. plus quàm perfect. pro ἐτετύγμην, dicitur ἐτετύγμην, τετύγμην. & ablato ε, τετύγμην, eram seu fui: tertia persona τέ= τέτυκζ. τυκζ, erat: Imperatiuus τέτυξο, τετύχθω sis, sit: Infini= τετύχθω. tiuus τετύχθαι, esse: Participium τετυγμένος, factus, τετύχθαι. fabricatus, elaboratus. inuenitur & τετευγμένος, con= τετυγμένος. secutus. Aoristus primus ἐτύχθην, ἐτύχθης, ἐτύχθη, esse= ἐτύχθη. ctus sum, es, est. 25 A τέτευκ) fit tertia plural. Ionica 25 (115. 10.) τετεύχαζ), fabrefacti sunt.

Υ

Υπιαχνέομαι, promitto. Futurum, ὑπο= ὑπιαχνέομαι ἀὐ ὑπαχέο= μαι & ὑφί= σομαι. χήσομαι. Præteritum, 1 ὑπέσχημαι. Aori= 1 stus primus, ὑπεσχέθην. Aorist. secundus medius, 2 ὑπεσχόμην ab 3 ὑποσχέομαι. at 2 3 futurum ὑποσχήσομαι, promittam, ab 4 ὑ= 4 φίσαμαι. Aoristus secundus, 5 ὑπέσχον. 5

Hinc Infinitiuus ὑπιαχνῆζ, promisisse. 2 Imperatiuus 1 2 ὑπάρχε & Ionicè (120. 6.) ὑπαρχεο, promitto: Infinitiuus ὑπάρχειν ὑποχεῖζ, spopondisse. Participium ὑπαχόμενος, sponsio= nem faciens, pollicitus. 3 Quod cõponitur ex ὑπὸ & χέο= μαι: actiuum χέω, de quo in verbo ἔχω, 346. 2. 7. & 14.

4 4 *Quod etiam componitur ex* ὑπὸ (87. 13. & 23.) &
5 ἵσταμαι. 171. 1. & 172. 7. 5 *In* ὑπέστην, π *præpositionis* ὑπὸ
non migrat in φ, *vt in* ὑφίσταμαι & ὑφίστημι *nam simplex* ἔστην (169. 25.) *lenem habet spiritum. Ab* ὑπέστην *tertia plural.* ὑπέστησαν & *syncope* ὑπέσταν, *polliciti sunt: vt simplex* ἔστησαν ἔσταν, 329. 19. *tertia singularis imperatiui* ὑπεστήτω, *promittat, cedat: Infinitiuus* ὑπεστῆναι, *promittere, cedere*, 170. 4. 20.

ὑπέσταν.

Φ

1 1 Φάναι, dicere: præsens φημὶ, φᾶναι
verò per ᾱ, *lucere, apparere*: Aoristus pri-
mus à φαίνω, *luceo, appareo:* pro quo et φῆ-
2 ναι, ἀποφῆναι, *demonstrare:* 2 vt μιᾶναι, μῆ-
ναι, *fœdare.*

φάναι. φᾶναι. ἀπεφῆναι.

3 Φέρω, *fero.* Futurum, 3 οἴσω, ab οἴω, Ao-
4 5 ristus prim. 4 ἤνεγκα, secundus 5 ἤνεγκον
6 ab ἐνέγκω. Præt. med. 6 Atticum ἐνήνοχα,
διενήνοχα, *excellui*, ab ἐνέχω. Aorist. pri.
7 8 pass. 7 ἠνέχθην. 8 Particip. ἐνεχθεὶς: sic ἀνα-
φέρω, *refero, respiro, conualesco:* ἀνηνέχθην,
ἀνενεχθεὶς, refocillatus. Ceterum per syn-
copen dicta sunt, φέρειν φεῖν, *ferre:* φέρω
φῶ, *fero:* vnde φῆμι. Imperatiui secundus
aorist. φὲς, *fer:* εἴσφες, *infer, admitte, irrum-*
9 *pe:* ἔκφες, *effer, emitte:* vt 9 θὲς, *pone.* Aor. pr.
10 ἔφησα. Fut. φήσω 10 εἰσφήσω, *inferā, admittā.*

φέρω ab οἴω ἐνέγκω, ἐνέχω, φῶ & φῆμι. διενήνοχα à διαφέρω. ἀνενεχθεὶς. εἴσφες ab εἰσφέρω. ἔκφες ab ἐκφέρω. εἰσφήσω ab εἰσφέρω.

Φθάνω, *assequor quod efficere contendo, præ-*
11 *uenio.* Futurum, 11 φθάσω à φθάω. Aoristus
12 secūdus, 12 ἔφθην à φθῆμι. Opt t. φθαίην.
13 φθίνω, *tabesco.* Futurum, φθίσω à 13 φθίω,
14 com-

φθάνω à φθάω & φθῆμι. φθίνω à φθίω.

14 complura in νω dum tempora formãt, negligunt ν, φθάνω, φθίνω, πίνω, *bibo*, tanquam φθάω, φθίω, πίω. 14 *Annotatio de finitis* νω.

Φύω, *produco*.15 Futurum, φύσω.16 Aoristus secundus, ἔφυν à 17 φῦμι. 15 φύω à φῦμι. 16 17

De hoc 283. 6. 2 Ab Aoristo primo indicatiui ἐμίανα communiter, & ἐμίηνα Atticè, vt habes, 95. 13. sic à φαίνω aorist. pri. ἔφανα et ἔφηνα, ἔφηνας, ἔφηνε: cum ἐν, ἐνέφηνεν, ostendit. Aorist. med. ἐφηνάμην: tertia perso. ἐφήνατο, apparuit. Huius perfect. pass. πέφαμμαι, πέφανσαι, πέφαντο, 11. 9. vnde aorist. pri ἐφάνθην & poeticè pleonasmo τοῦ α, ἐφαάνθην, ἐφαάνθης, ἐφαάνθη, apparui, isti, it. 3 Doricè οἰσῶ fut. med. οἰσοῦμαι, οἰσῇ, feram, feres, 364. 12. pro οἴσομαι, οἴσῃ. Ab οἴω perse. esset ᾤκα, 69. 11. & 87. 5 pass. ᾤσμαι, ᾤσαι, ᾤσται: vnde reiecto augmento fit verbale (216. 18.) οἰστέος, ferendus: et οἰστέον, ferendum est: hinc etiam Aorist. pri ᾤσθην, ᾤσθης: vnde Futur. pri. οἰσθήσομαι, ferar. 4 De hoc, 254. 15. & 25. Pro ἤνεγκα poetæ dicunt ἤνεικα, & deposito augmento ἔνεικα, ας, ε: cum κατὰ, κατένεικε, detulit: & cum augmento Attico ε in medio (249. 15. & 242. 17.) ἐνέεικα, ab ἐνεικω: in optati. Aeolico (102. 6.) ἐνείκειε, intulisse: Infinit. ἐνεῖκαι, attulisse: Part. ἐνείκας, qui tulit: Aorist. pri. med. ἠνεικάμην, retuli: tertia perfect. sine augmento ἐνείκατο, reportauit: Subiunct. ἐνείκωμαι, tertia plural. ἐνείκωντο, attulerint. 5 Sine augmento ἔνεγκον, tuli: Infinit. ἐνεγκεῖν, sustinere, tulisse. Particip. ἐνεγκὼν, qui tulit: ἐνεγκοῦσα, quæ tulit: sumitur pro patria. 6 Attici enim (vt habes, 248. 8. inchoatorum ab ε, ο, & α breui, præterito communi præfigunt duas priores literas præsentis. Hic verò notandum in ἐνήνοχα, ε penultimã præsentis ἐνέχω mutatam in ο more disyllaborum, vt λέγω, λέλοχα, 127. 8. polysyllaba enim regulariter non mutant ε in ο, quamuis ab ἔχω simplici disyllabo possit ductum videri. Ab

ἐφαάνθη. οἰσῇ. οἰστέος. οἰστέον. ἤνεικα. ἔνεικα. ἐνέεικα. ἐνείκατο. ἔνεγκον. ἐνήνοχα.

ἐνήνοχα, Participium ἐνηνοχὼς, qui tulit. Pro ἐνήνοχα
ἀγκόχασι. Macedones dicunt ἄγκοχα: tertia plural. ἀγκόχασιν.
ἐνέιχθην. 7 7 Et ἠνέιχθην, sine augmento ἐνέιχθην, latus sum: Participium ἐνειχθὲις, latus, ab ἐνέικω: ἠνείχθην verò ab ἐνείχω, cuius perfectum passiuum ἤνειγμαι, vnde Participium ἠνειγμένος, sublatus: cum διὰ, διηνειγμένος, exportatus. 8 Imperatiuus ἐνείχθητι: Optatiuus ἐνειχθείην, ἐνειχθείης, ἐνειχθείη: Subiunctiuus ἐνειχθῶ: Infinitiuus ἐνειχθῆναι: cum κατὰ, κατενειχθῆναι, appulsum esse, deferri: Participium κατενειχθὲις, depressus, delatus: κατενειχθέντες, ad terram venientes. 9 De hoc 183.5. 10 Aoristus primus ἐισέφρησα, vnde Participium ἐισφήσας, qui irrupit: Aoristus primus medius ἐισεφησάμην: Infinitiuus ἐισφήσασθαι, recipere, admittere. 11 Perfectum ἔφθακα: plus quàm perfect. ἐφθάκειν. Aoristus primus ἔφθασα, & Doricè (366.16.) ἔφθαξα, præueni: Optatiuus Aeolicus φθάσσα, φθάσσας, φθάσσειν: Infinitiuus φθάσαι: Participium φθάσας, φθάσασα, præueniens: & φθάσαν, & cum πρὸ, προφθάσαν, quod præterijt. Est etiam Aoristus primus ἔφθησα, ἔφθησας, ἔφθησε, sine augmento φθῆσε, præoccupauit: à futuro φθήσω: vnde & medium φθήσομαι: tertia plural. φθήσονται, præoccupabant. 12 Tertia persona ἔφθη sine augmento φθῆ, præoccupauit: tertia plural. ἔφθησαν, Subiunctiuus φθῶ, φθῇς, φθῇ, Ioni. φθέω, φθέῃς, φθέῃ, poeticè φθέω, φθέῃς, φθέῃ: prima plural. φθέωμεν & poetica syſtole φθέομεν, anticipemus. Vide 185.12. & 260.4. Infinitiuus φθῆναι: inuenitur & φθάναι, quod præsens potest censeri à φθῆμι. Participium φθὰς, qui præoccupauit. Aoristus secundus medius ἐφθάμην: vnde Participium φθάμενος, præueniens, anteuertens. 13 Perfectum ἔφθικα: Passiuum ἔφθιμαι, ἔφθισαι, ἔφθιται: hinc tertia plura. Ionica (115.10.) ἐφθίαται, corrupti sunt: Plus quàm perfectum ἐφθίμην, ἔφθιο, ἔφθιτο interijt vel interierat: cum ἀπὸ, ἀπέφθιτο, interijt: ab ἔφθιτο tertia plur. Ionica (115.10.)

ἔφθαξα.
φθῆσε.
φθήσονται.
φθῆ.
φθέομεν.
ἐφθίαται.

ἐφθίατο,

ἔφθίακε, *corrupti erant*: Perfect. optatiui ἐφθίμην pro ἐφθιμμένων εἶην, *more circunflexorum* (153.5.) & *verborum in* μι, 187. 15. & *rursus deperdito augmento* φθίμην: *cum* ἀπὸ, ἀπεφθίμην, *interijssem*. *sic* λελύμην, λελῦσθε, λελῦντο: *tertia plural.* λελῦνται: & *sine augmento* λύμην, *redemptus essem vel redimerer, pro* λελυμένος εἶην, ἀπεφθίμην. λελῦνται. λύμην. φθίσθε. φθίμενον. φθίσθαι. φθίμενος. φθίνω ἀτίω. τίσακε. τισαίακε. τίσαντο. τίνισκε. τίνω. τίσαι. τίσασθε. τίσεται. τίσεσθε. τίσεσθαι. τίσεσθαι. τίσεσθαι

πεφυῶς. πεφυῶς: accusatiuus plural. πεφυῶς pro πεφυκότας: & in nominatiuo plural. πεφυῶτες: cum σὺν (372. 21.)

συμπεφυῶτες. συμπεφυῶτες, concreti, consiti: fœmininum ἡ πεφυῖα, syncope πεφῦα: cum ἐν (372. 26.) ἐμπεφῦα, implexa.

ἐμπεφῦα. Inuenitur etiam tertia plural. perfecti πεφύασι pro πεφύκασι, producti seu nati sunt. A perfecto πέφυκα fit

πεφύασι. præsens πεφύω: vnde tertia plural. Imperfecti ἐπέφυκον,

ἐπέφυκον. pendebant, manabant. [16] Vide 178.2. & 182.18. Ab

φῦ. ἔφυν tertia persona ἔφυ, & sine augmento φῦ, coaluit: Participium φὺς, natus. Facit quoque φύω in Aoristo secundo ἔφυον, vnde Pass. ἐφύην: tertia persona ἐφύη, enatus est. [17] Huius passiuum φύομαι, imperfectum, ἐφυόμην,

φύνΤ. ἔφυΤ, ἔφυνΤ: tertia plural. ἔφυνΤ, & sine augmento φύνΤ, nascebantur.

X

Χαίρω, *gaudeo*. Futurum, χαρήΣομαι.

χαίρω ἀ χαρίω. [1] Aoristus secundus pass. [1] ἐχάρλω à χαρέω.

Χάσκω, *aspicio, hio, dehisco*. Futurum,

χάσκω ἀ χαίνω. [22] χανοῦμαι. Præteritum medium, κέχηνα.

[3] Aoristus secundus, [3] ἔχανον à χαίνω.

χίω ἀ χινῶ, [4 5] Χέω, *fundo*. [4] Futurum, χεύΣω, [5] Aorist.

ἔχεα. pri. ἔχεα. Imperat. χέον, ἐκχεον, *effunde*.

ἔκχεον. [6] Infin. χέαι, ἐκχέαι, *effudisse*. [6] Aorist. sec.

ἐκχέαι. ἔχεον. Fut. secund. χεῶ, ἐκχεῶ, *effundam*.

ἐκχεῶ.

χρὴ. [7] Χρῆ, *oportet*, [7] à χρῆμι, per apocopen

ἀπόχρη. [8] χρὴ, [8] ἀπόχρη, *sufficit*. Imperfectum: ἔχρων

ἔχρην. et [9] χρῶ. Infinitiuus, χρῶναι.

χρῆν.

χρῆναι.

χάρη. [1] Tertia persona ἐχάρη, sine augmento χάρη, gauisus est: Imperatiuus χάρηθι, gaude: Optat. χαρείην, χαρείη, gaudeat: Subiunctiuus, χαρῶ, ῇς, ῇ: χαρῆτε, gaudeatis: Infinitiuus χαρῆναι, gauisum esse: Participium χαρείς, χαρεῖσα, gaudens, oblectatus, a. Aoristus secundus medius ἐχαρόμην & poeticè (38. 3.) κεχαρόμην: vnde optati-

optatiuus κεχαροίμην, οιο, οιτο: tertia plura. κεχάροιντο
& Ionicè (115. 10. & 25.) κεχροίατο, gauisi fuissent.
perfect. med. κέχαρα, gauisus sum. Vide 152.19.2 Et actiua
uum χανῶ, hiabo. Vide 68.18. & 128.25.3 Hinc in optat. 3
χάνοι, dehisceret: in subiunct. χάνῃ, hiauerit: Infinit. χα-
νεῖν, hiscere, dehiscere. 4 De hoc 257.19. fit χιύσω à χεύω 4
vnde & tertia plural. imperfect. paſs. ἐχιύσυντο & sine
augmento χιύσυντο, attulerunt. & Aoriſt. prim. ἔχευα, χεύσυντο.
254.21. sine augmento χεῦα, aggeſsi: tertia perſo. χεῦε: χεῦα.
cum πρός, πρόσχεῦε, circumſparsit: Imperat. χεῦσον. άτω: προσχεῦε.
tertia plural. χεύατωσαν & Attic. (259.5.) χευάντων, χευάντων.
fundat. ſumit etiam χίω quædam tempora à χῆμι. vnde χεθῆναι.
Aoriſt. prim. Infinit. paſs. χεθῆναι, diffundi: & Particip. χεθέις.
χεθείς, fuſus: quod & χυθὲις, χυθεῖσα (cum ἀμφὶ, ἀμ- χυθείς.
φιχυθεῖσα, circumfuſa) & aſsumpto σ χυσθὲις à χῦμι χυσθέις.
vel χύω: Fut. χύσω. Aor. pri. ἔχυσα: Imperat. χύσον, ef-
funde: Perfect. κέχυκα: Paſs. κέχυμαι, υσαι, υται: tertia
plur. κέχυνται: Plus quàm perfect. ἐκεχύμην: ἐκέχυτο, &
depoſito augmento χύτο, fuſus erat: hinc tertia plural. χύτο.
χύντο, effundebantur: Partic. κεχυμένος, fuſus. Aor. pri. χύσας.
ἐχύθην: cum ἀμφὶ, ἀμφεχύθην, ης, η, circumfuſus ſum,
es, eſt. 5 Vide 254.21. A χίαι cum ἀμφὶ, ἀμφιχίαι, cir- 5
cumfundere. 6 Vide 158.21. 7 Vel à tertia perfe. χρῆσι re- 6 7
iecto σι per apocopen. Dores pro χρὴ dicunt χρῆσθα. 8 De 8
hoc, 314.2. 9 Sumitur χρῆν pro præſenti χρὴ, atque pro 9
infinit. χρῆναι inuenitur etiam ſubiunct. χρῇ, oporteat. χρὴ & χρῆ-
Huc etiam referri poteſt χάζω, concedo, deuito, capio, ναι.
anxiè ſollicitus ſum, hio: Fut. χάσω: Aor. ſec. ἔχαδον, ες, χρῆ.
ε, 97.18. sine augmento χάδον, χάδες, χάδε: Infin. χα- χάδον. ες, ε.
δεῖν & Ionic. (104.20.) χαδέειν, cepiſse, rurſus pro ἔχα- χαδέειν.
δον poetæ dicunt κέχαδον, 88.3 & Ion. (21.33. & 22.2.) κέχαδον.
κέκαδον, priuau: Part. κεκαδὼν, priuãs, curans. aor. ſec. κεκαδών.
med. κεκαδόμην: tert. pl. κεκάδοντο, ceſserunt, priuarunt: κεκάδοντο.
Paſs. κεκάδην, ης, vnde Fut. ſe. κεκαδήσομαι, curabo: pri. κεκαδήσε-
pl. κεκαδησόμεθα: A χάζω Præt. med. κέχαδα, 126.23. μαι.

Participium κεχανδὼς, ὁτος: & poetica pleonasmo τοῦ ν, κεχανδὼς ὁτος: accus. ἐν κεχανδότα, hiantem.

κεχανδότα.

Ω 1 2 Ωθέω, expello.[1] Fut. ὤσω. Aori. pr.[2] Attic. 3 ἔωσα. Præteritum pass.[3] ἔωσμαι ab ὤθω.

ὠθέω ab ὤθω. ἔωσα. ἔωσμαι. ὦταν.

4 4 Ωταν, ô amice, heus tu, ô bone vir quæso. 5 pro ὦ ἐτάν: 5 ἔτης, amicus, vnde ἐτὰν, vt Ερμης, Ερμᾶν: μέγιστος, μεγιστάν: ὦ ἐτὰν, 6 6 sed synalœphe contrahit in ὦταν.

ὠθήσω. 1 2 Et regulariter ὠθήσω, pellam. 2 Vide 249.5.15. & 311. 6. Ab ὠθέω imperfectum ὤθεον ὤθουν, & Atticè quoque ἐώθουν, impellebam, 249. 10. Pro ἔωσα inuenitur etiam sine augmento Attico ὦσα: tertia persona ὦσε, pepulit, & Ionicè (85. 5.) ὤσασκεν, Aoristus primus medius ἐωσάμην, tertia plural. ἐώσαντο, repulerunt: Infinitiuus 3 ὤσασθαι, pellere: Participium ὠσάμενος, irrumpens. 3 Tertia persona ἔωσται, repulsus est: vnde Aoristus primus ἐώσθην, reiectus sum: Participium ὠσθεὶς, præcipitatus, pulsus, trusus. Pro ἔωσμαι dicitur etiam sine augmento 4 ὦσμαι, vnde Participium ὠσμένος, pulsus. 4 Variè scriptum inuenitur, ὦταν, ὦ'ταν, ὦταν, & ὦ'τᾶν, atq; ὦ'τάν, & non solùm singulari, sed & duali & plurali iunctum 5 inuenitur, hoc est, ô amici. 5 Ὁ ἔτης, ου, primæ declinationis, in vocatiuo ὦ ἔτα, 222. 7. & Doricè (vt quidam volunt) ὦ ἔταν: hinc per synalœphen faciunt ὦ'ταν. Clenardus vero paulo aliter videtur sensisse: vt ab ἔτης, ου, primæ, faciat ἐτὰν, ἐτᾶνος quintæ: in vocatiuo ὦ ἐτὰν, & synalœphe ὦ'ταν: vt à μέγιστος, ου, tertiæ, id est, maximus (210. 5.) fit nomen quintæ ὁ μεγιστὰν, μεγιστᾶνος, cuius plurale tantum est in vsu, οἱ μεγιστᾶνες, primates, megistanes, qua voce & Latini vtuntur. Sic ab ἑρμῆς, οῦ, primæ fit ἑρμᾶν, ᾶνος, quintæ, id est, Mercurius. 6 6 Sic ὦ'γαθὲ pro ὦ ἀγαθὲ, ô bone vir: ὦ'ναξ pro ὦ ἄναξ, vel pro ὦ ἄνα, ô rex. 232. 20. ὦ'νθρωπε pro ὦ ἄνθρωπε, ô homo:

ἐώθουν. ὦσε. ὤσασκε. ἐώσαντο.

μεγιστᾶνες.

ὦ'γαθέ. ὦ'ναξ. ὦ'νθρωπε.

ô homo: ὦ ἄνερ *pro* ὦ ἄνερ: *ô vir:* ὦ ῥίγνωτε *pro* ὦ ἀρίγνωτε, *ô valde insignis notæ, id dicitur fieri Atticè. Cùm autem Attici in omni declinatione vocatiuum similem nominatiuo forment (17. 16.) dicunt quoque in vocatiuo* ὦ ἄνθρωπος, ὤνηρ: *vnde etiam* ὦ ἄναξ *pro* ὦ ἄνα, *à nominatiuo* ὁ ἄναξ. *Idem nonnunquam obseruatur in nominatiuo aum articulo* ὁ, *vt* ὤδωνις, *pro* ὁ ἄδωνις, *Adonis Veneris amasius.*

ὦ ἄνερ.
ὦ ῥίγνωτε.

ὤνθρωπος.
ὤνηρ.
ὤδωνις.

*Rimantibus verborum themata præcipuum sit, vt in promptu et tanquam ab oculos habeant coniugationem τύπτω, πριέω et τίθημι: ac singulorum temporum exactè norint terminationes: deinde memores quomodo formentur tempora, sensim ascendant donec statuendum sit præsens. Participium ὀφθησόμενος à futuro primo ὀφθήσομαι. Aoristus primus, ὤφθην. tertia præteriti passiui ὦπται: prima ὦμμαι. Præteritum actiuum esset ὦφα. Futurum, ὄψω. igitur præsens ὄβω, ὄπω, ὄφω, ὄπτω, ὄβομαι, ὄπομαι, ὄφομαι vel ὄπτομαι: sed adhibitum Lexicon commonstrabit ὄπτομαι, *video.*

Thematis inuestigandi ratio.
**Aliam rimandi viam ostendimus, 70.8.*

ACCENTVS.

ACcentus acutus afficit vltimam syllabam, penultimam aut antepenultimam: Circunflexus vltimam aut penultimam: Grauis vltimam tautùm. Di-

Accentuum sedes, Acuti, Circunflexi, Grauis.

ctionibus autem, quæ sic vel sic notantur, huiusmodi tribuerunt vocabula: Θεός, *Deus*, ὀξύβνομ, acutus in vltima.

λόγος, *sermo*, προπαροξύβνομ, acutus in penultima.

τύπτομεν, *verberamus*, προπαροξύβνομ, acutus in antepenultima.

ποιῶ, *facio*, προπερισπώμενομ, circunflexus in vltima.

βοᾶτε, *clamatis*, προπερισπώμενομ, circunflexus in penultima.

τιμή, *honor*, βαρύβνομ, grauis in vltima.

Notio de grauí.

Grauis in omni syllaba intelligitur, quæ nec acuitur nec circunflectitur: at signatur solùm in vltima. Nam vltima acuta fit grauis ob consequentiam dictionis,

Acutus in grauem.

1 Θεὸς ἡμῶν, *Deus noster*. 1 Excipe τίς interrogatiuum, τίς ἐποίησε, *quis fecit*.

Nominatiui accentus quando in obliquis aut mutetur aut è loco migret.

Casuum et personarum accentus fermè manet in eadem syllaba, ὁ λόγος, τοῦ λόγου, τῷ λόγῳ: τύπτω, τύπτῃς, τύπτῃ. Quando autem mutetur accentus, aut è loco migret, sic est accipiendum: Σῶμα, σώματος *corpus*, ῶ in ώ: quia antepenultima non circunflectitur. Σώματα, σωμάτων: vltima si fuerit longa, non acuitur antepenultima: excipe Attica, Μενέλεως,

σῶμα, σώματος, σώματι, σωμάτων. Atticismus.

Mene-

Menelaus: λέξεως, *dictionis*: [2] et similia. Βοάετε, βοᾶτε, *clamatis*, άε in ᾶ: ex acuto et graui fit circunflexus. excipe [3] τὴν Λητόα, Λητώ, *Latonam*: et [4] τὼ νόω, νώ à νόος, *mens*: et [5] νῶϊ, νώ ab ἐγώ: dualia enim in ω semper acuuntur, etiam contracta. [6] Εςαώς, *nixus, firmus, erectus*, ἑςώς, non ἑςῶς: ex graui et acuto non fit circunflexus. Εςώς, ἑςῶτος: [7] longa ante finalem breuem circunflectitur. Εςῶτες, ἑςώτων: [8] longa ante finalem longam acuitur. Ηρακλῆς, Ηρακλέος, *Hercules*: breuis non est capax circunflexi [9] nec item longa positione, sed natura, σῶμα, *corpus*: τεῖχος, *murus*: βοᾶτε, *clamatis*: βοᾷ, *clamat*.

2 βοάετε, βοᾶτε. λητόα, λητώ. 3 νόω, νώ, νῶϊ, νώ. 4 5 6 ἑςαώς, ἑςώς. ἑςώς, ἑςῶτος. 7 ἑςῶτες, ἑςώτων. 8 Ηρακλῆς. Ηρακλέος. 9

Diphthongi [10] finales αι et οι in accentibus habentur breues, μοῦσαι, *musæ*: ἄνθρωποι, *homines*. Excipe [11] aduerbia, οἴκοι, domi (nam οἶκοι, *domus*, nomen plurale est) et optatiuos, ποιήσαι, fecisset: at ποιῆσαι, Infinitiuus Aoristi primi actiui: ποίησαι autem imperat. Aoristi primi medii.

10 *αι & οι finales habentur breues, nisi in aduerbijs et optatiuis.* 11

[12] In declinationibus parisyllabicis circunflectuntur genitiui et datiui, licet reliqui casus acuantur, ὁ ποιητὴς, τοῦ ποιητοῦ: τῷ ποιητῇ: τοῖν ποιηταῖν: τῶν ποιητῶν: τοῖς ποιηταῖς, *poeta*. Idem iudicium de genitiuo

12 *Genitiuus & datiuus vltimam longam circunflectunt, si*

in ea accentum habuerint.

nitiuo duali et plurali quintæ declinationis, ἡ χεὶρ, τῆς χειρός: ταῖν χεροῖν: τῶν χειρῶν, *manus.*

Genitiuus pluralis primæ & secundæ declinationis.

13 [13] Substantiuorum primæ et secundæ declinationis genitiuus pluralis circunflectit vltimam, ὁ Αἰνείας, τῶν Αἰνειῶν, non Αἰνείων: ἡ μοῦσα, τῶν μουσῶν, non μούσων. Adiectiua verò secundæ declinationis
14 à masculinis tertiæ, [14] genitiuum parem habent masculino, ὁ ἅγιος, τῶν ἁγίων: ἡ ἁγία, τῶν ἁγίων, *sanctus*: quòd si masculinum sit quintæ, vltima genitiui fœminini circunflectetur, ὁ ἡδὺς, *suauis*: μέλας, *niger*: τύπτων, *verberans*: τῶν ἡδέων, μελάνων, τυπτόντων: ἡ ἡδεῖα, μέλαινα, τύπτουσα: τῶν ἡδειῶν, μελαινῶν, τυπτουσῶν: in quibus etiam non eadem est penultima genitiui in vtroque genere.

De tono obliquorum disyllaborũ quintæ declinationis.

15 [15] Quintæ declinationis genitiui et datiui disyllabi accentum sortiuntur in vltima: nominatiui autem, accusatiui et vocatiui in priore: ἡ χεὶρ, *manus*: τῆς χειρὸς, τῇ χειρὶ, τὴν χεῖρα: τὼ χεῖρε, ταῖν χεροῖν: αἱ ὦ χεῖρες, τῶν χειρῶν, ταῖς χερσὶ, τὰς χεῖρας. Excipe participia, θεὶς, θέντος, θέντι, *ponens, vel qui posuit*: ὢν, ὄντος, ὄντι, *exi-*
16 *stens, &c.* [16] etiam τῶν παίδων, *puerorum*:

τῶν

τῶν Τρώων, *Troianorum*: τῶν πάντων, *omnium*, et τοῖς πᾶσι, *omnibus*.

Circunflectuntur ου et ω finales, ὁ βασιλεύς, ὦ βασιλεῦ, *rex*: παντα χοῦ, *vbique*: præter aduerbium ἰδού, *ecce*: at ἰδοῦ, *vide*, imperatiuus vt τυπτοῦ. 17 εῦ & οῦ finales. 18

Vocatiuus in ου à propriis in ης est προπαροξύνων, ὁ Δημοσθένης, ὦ Δημόσθενες: ὁ Ἡρακλῆς, έους, ὦ Ἡράκλεες, crasi Ἡράκλεις, *Hercules*. Notio de vocatiuo primæ declinationis contractorũ. 19

Irregularia sunt ἡ μία, τῆς μιᾶς, τῇ μιᾷ, τὴν μίαν, *vna*: ὁ δεσπότης, *dominus*: μητιέτης. *consiliarius*: ὦ δέσποτα, μητίετα. Etiam ἡ μήτηρ, *mater*: θυγάτηρ, *filia*: τῆς μητρός, θυγατρός, non μήτρος, θυγάτρος. Irregularia. 20 21

Particulæ α, ου, δυς, crebrò accentum retrahunt, παιδευτός, *doctus*: ἀπαίδευτος, *indoctus*: τακτός, *ordinatus*: εὔτακτος, *bene constitutus*: κινητός, *mobilis*: δυσκίνητος, *motu difficilis*: sic ἑκών, *voluntarius*: ἀέκων, et crasi ἄκων, *inuitus*: λόγος, *ratio*: ἄλογος, *irrationalis*: εὔλογος, *rationabilis*, &c. 22 α, ιν, δυς in compositione accentum retrahunt.

Acutum quoque retinent dictiones oxytonæ, quum eas sequitur dictio enclitica: vt θεός σου, Deus tuus: θεός ἐστι, Deus est. 2 Videlicet hyperdisyllaba quartæ declinationis Atticorum propriæ, quæ communiter declinata per tertiam, ante penultimam acuerent, vt Μενελάου, Μενέλαως: huic similia enumerauimus pagin. 32. Per eas autem 1 2 Attica quæ vltima longa ante penultimam acuũt.

autem quæ voci λέξεως sunt similia, intellige genitiuum Atticum singularem, dualem, & pluralem secundæ
3 declinationis contractorum, de quo, 63. 25. 3 Hoc fit (vt 65. 31. attigimus) quia vt voce sic & accentu hic casus necessario fit similis alteri casui præcedenti eiusdem numeri & idiomatis, vtpote nominatiuo ἡ λητώ. sic vocatiuus ὦ λητοῖ circunflectitur, quòd voce sit similis datiuo τῇ λητοῖ, qui circunflectitur propter synæresim acuti & grauis: verùm in plurali dicimus αἱ λητοί, acuto accentu: non est enim eiusdem numeri. Cetera τῶν αἰδόα αἰδῶν circunflectitur, vt loco citato diximus. 4 Vide, 226. 5. 5 Vide, 189. 16. & 195. 10. 6 De hoc 184. 5. 7 Intellige si penultima debeat aliquo accentu affici, ac sit natura longa. Fallit enim hæc regula, quum penultima positione tantùm producitur, vt τύπτε, τύφον, verbera. 8 Hic quoque intelige, si penultima accentum habuerit, ac finalis sit longa non sola positione sed natura. nam χοῖνιξ, chœnix, penanflectitur, quanuis vltima sit longa positu. 9 Quæ autem & natura & positione producitur, est capax circunflexi, vt τυπτῶντ, verberaturi: μᾶλλον, magis. 10 Sed ita finales vt nulla consona eas in eadem syllaba sequatur. nam in μέσαις & ἀνθρώποις, αι & οι non habentur breues. Eodem modo intellige de
11 finalibus ιν & υ, de quibus paulo post. 11 Habentur tamen pro breuibus πάλαι, olim, & πρόπαλαι, diu, iam
12 olim. 12 Hæc regula non habet locum in genitiuo singul. quartæ declinationis: vt ὁ λεὼς, τὸ λεώ, populus: ὁ νεὼς,
13 τὸ νεώ, templum: quæ acuuntur. 13 Quidam hinc excipiunt, ὁ χλόνης, τοῦ χλόνων, aper: ὁ χρήστης, τοῦ χρήστων, fœnerator: ὁ ἐτησίας, τοῦ ἐτησίων, Etesius ventus:
14 ἡ ἀφύη, τοῦ ἀφύων, apua genus piscis. 14 Atque reliquos omnes casus, quod ad accentum attinet, nisi vltima longa impediat. nam ab ὁ ἄγιος antepenacuto, dicimus ἡ ἁγία, acuta penultima, quòd α finale longum impe-

Syllaba positione solùm producta pro breui habetur.

αι, οι, ιν & υ finales.

πάλαι, πρόπαλαι.

ὁ λεὼς, τὸ λεώ.

ὁ νεὼς, τὸ νεώ.

τῶν χλόνων.
τῶν χρήστων.
τῶν ἐτησίων
τοῦ ἀφύων.

impediat accentum poni in antepenultima. at in nominatiuo plurali dicimus οἱ ἅγιοι, veluti οἱ ἅγιοι nam οι habetur pro breui non aliter quàm οι. tamen ab ὁ πόντος, id est, marinus, in Pindaro inuenitur genitiuus pluralis fœminini πρντιᾶν vltima circunflexa, pro ποντίων penacutè. 35 Hæc regula complectitur etiam obliquos dissyllabos per syncopen ex trisyllabis formatos, vt ἡ ἄρην, agna, τὴν ἀρνὸς pro ἄρνα, τῇ ἀρνὶ, πλὴν ἄρνα. sic ὁ κύων, ἡ κύων, κυνὸς, κυνὶ, κύνα, canis. Vide 236. 26. Eodem modo ὁ ἀνὴρ, vir, τῶ ἀνδρὸς, τῷ ἀνδρὶ, τὸν ἄνδρα, pro ἀνέρος, ἀνέρι, ἀνέρα: & similia in ηρ, de quibus, 45. 4. at horum datiuus pluralis semper duarum syllabarum numerum excedit propter α interpositum, de quo, pagin. 58. vers. 11. vt ἀνδράσι, atque huiusmodi datiuus perpetuo penultimam acuit: tamen τοῖς ἄστρασι antepenacuitur. neque enim fit ab ὁ ἀστὴρ, ἔρος, cùm non sit ex eorum numero quæ syncopen patiuntur, pagin. 45. vers. 19. sed potius per metaplasmum, quem vocant, id est, transformationem cuiusdam casus ex vna declinatione in aliam, ponitur pro τοῖς ἄστροις à nominatiuo τὸ ἄστρον, ου, id est, sidus, siue signum pluribus stellis constans: at ἀστὴρ vnicam stellam significat. Eodem autem modo antepenacuuntur & alij datiui tam singulares quàm plurales ex alia declinatione in quintam transformati: vt τοῖς πρόβασι pro προβάτοις à nominatiuo τὸ πρόβατον, ου: τοῖς ἴγκασι pro ἰγκάδεσι à nominatiuo plurali τὰ ἴγκατα, viscera. sic τοῦ λιχόμησι pro λιχομήνου ab ὁ λιχόμηνος, semestris, semiplena luna: τοῦ πολυπάταγι pro πολυπατάγου ab ὁ πολυπάταγος, multistrepus: τοῦ μελίκρατι pro μελικράτου à τὸ μελίκρατον, mulsum. Excipe ὑσμῖνι pro ὑσμίνῃ ab ἡ ὑσμίνη, pugna. fit enim quasi à nominatiuo ὑσμὶν, ὑσμῖνος. Illud & hoc loco notandum, nomen ἡ γύναιξ, τῆς γυναικὸς, quanuis in obliquis sit trisyllabum, more tamen dissyllaborum in genitiuis

πρντιᾶν. Obliqui quinta ex syncope dissyllabi.

Datiui plurales in ᾶσι. τοῖς ἄστρασι.

Declinationis metaplasmus. Notio dè datiuis per metaplasmum formatis.

τοῖς πρόβασι. τοῖς ἴγκασι. τοῦ λιχόμηνι τοῦ πολυπάταγι. τοῦ μελίκρατι. ὑσμῖνι.

Genitiui plurales disyllabi quintæ penultimam acuentes.

τῶν λάων.

Notio de genitiuis & datiuis quintæ disyllabis factis ex contractione.

ἡ κλεὶς, τὴν κλεῖν.

Nonnulli vocatiui in α & ον ab ης & ων, accentum retrahentes.

τὴν θυγατέρα, θύγαρα.

Vocatiui in ερ accentum retrahunt.

tiuis & datiuis habere accentum in vltima, in reliquis casibus in penultima. Est autem nomen heteroclitum:
16 huius inflexionem habes 232.17. [16] His adde τῶν δάδων, δμώων, θώων, κράτων, φῴδων, φώτων, à nominatiuis ἡ δὰς, fax: ὁ δμὼς, famulus: ὁ θὼς, lupus ceruarius: ὁ κρὰς caput, ἡ φῷς, inustio ab igne facta in cruribus: ὁ φὼς, vir. Theodorus addit τῶν λάων lapidum: sed dictum puto per crasim vel pro λαέων, α & ε in ά contractis, à nominat. singul. ὁ λάος, τοῦ λάεος, 234.21. & crasi λᾶος, 229.1. vel pro λαάων & crasi λάων à nominatiuo singul. ὁ λᾶας, τοῦ λάαος, & crasi λᾶος, 234.18. circunflectitur vero penultima genitiui λᾶος, quanuis sit disyllabus vt χρόος. regula enim de genitiuis & datiuis quintæ disyllabis, eodem Theodoro teste, non habet locum in ijs quæ fiunt ex contractione, vt ὁ κῆρ, τοῦ κῆρος penanflexè, à κέαρ, κέαρος, cor. sic ὁ ἦρ, ἦρος, ver, ab ἔαρ, ἔαρος: inueni tamen in multis locis, ac in emendatissimis exemplaribus κηρὸς & ἠρὸς, accentu in vltima: veluti in παιδὸς, licet fiat per synæresim ex πάϊς, πάϊδος. tu videris: non tamen temere à sententia tanti viri discessionem
17 faciendam arbitror. [17] Vt vocatiuus in εῦ circunflectitur à nominatiuo acutitono εὺς: ita quoque accusatiuus singularis monosyllabus quintæ declinationis vltimam longam circunflectit, quanuis eam nominatiuus acuat,
18 vt ἡ κλεὶς, clauis, τὴν κλεῖν, 49. 5. [18] Vide, 342.27.
19 [19] Vide, 229.28. [20] His adde ὁ ἀκακήτης, nullum ma-
20 lum promeritus, ὦ ἀκάκητος: εὐρύοπης, latè sonans, ὦ εὐρύοπα. Sunt & alij vocatiui quintæ declinationis in ον à nominatiuo ων: qui accentum in antepenultimam re-
21 trahunt: de his, 223. 20. [21] Accusatiuus τὴν θυγατέρα, & syncope θύγαρα, accentu in antepenultimam retracto. Antepenacuitur quoque huius vocatiuus ὦ θύγατερ: atque eodem modo in prioribus syllabis accentum habent & omnes vocatiui in ερ à nominatiuis in ηρ tam acutis (qui quatuor enumerati sunt, 56.26.) quam grauitonis,

uitonis, qui septem inueniuntur, ἡ ἄστηρ, Aster, vrbs: ἡ δημήτηρ, ὦ δήμητερ, Ceres: ἡ ἑτνάτηρ, ὦ ἑτνατερ, fratria, id est, fratris vxor: θυγάτηρ, filia: ὁ ἴβηρ, Iberus Hispaniæ fluuius: ἡ μήτηρ, mater. Grauitonum quoque est ὁ πίηρ, sed eius vocatiuus est in ηρ, ὦ πίηρ, Pier populus: tamen quæ ab hoc deriuantur, mutant ηι in ι, vt ἡ πιερία. Pieria mons Bœotiæ: αἱ πιερίδες, Musæ Pierides: & aduerbium πιερίηθεν, ex Pieria. Vide quoque, 57. 12. 22 Quid in compositione significent α, ευ & δυς, diximus, 217. 13. Illud autem & hoc loco obiter monendum, has tres particulas ac similes in compositis, ex substantiuis adiectiua facere, vt patet ex ἄλογος & εὔλογος. Cetersùm α præpositum vocali assumit ν, vt ὅσιος pius, sanctus: ἀνόσιος, impius, profanus.

Annotatio de compositis ex α, ευ, δυς, & similibus. Notio de α.

Verborum et participiorum accentus obseruandi sunt in coniugatione verborum τύπτω, ποιέω et τίθημι.

1 Verborum et participiorum accentus.

Præterita et aoristi priore longa seruant accentum in compositis, εἶχον, habebam: κατεῖχον, continebam: ἧκα, misi: ἀφῆκα, dimisi: ἕμαι, missus sum: ἀφεῖμαι, dimissus sum: ἧκα, misi: σωῆκα, intellexi: præter οἶδα, noui: σώοιδα, conscius sum, non σωοῖδα.

2 A disyllabis compositorum accentus.

Monosyllaba longa relicta post apocopen acuuntur, χρῆμι, χρή: post aphæresim autem circunflectuntur, ἔφλω, ἔφλη: φλῶ, φλῇς, φλῇ: et λῶ, λῇς, λῇ, inquam, At breuia sunt acuta, ἔβαν, βᾶ, iuerunt.

3 Monosyllaba.

Verborum accentus.

Si autem & quædam de his præcepta desideras, vt breuiori via ad eorum obseruationem ducaris, hæc accipe: Quoduis futurum secundum: Futura prima vocis actiuæ & mediæ verborum quintæ coniugationis, de quibus, 73. 25. & 128. 25. Vterque aoristus subiunctiui passiui: Secunda persona singul. Aorist. secund. imperatiui medij in ϰ: Præsens et perfectum optatiui & subiunctiui passiui verborum in μι, quæ sunt verè passiua, de quibus, 187. 23. & 188. 2. Præsens & Aoristus secund. verborum quoque in μι in optatiuis & subiunctiuis cuiuscunque vocis: Perfectum optatiui & subiunctiui pass. circunflexorum, 154. 13. hæc omnia, inquam, tempora recipiunt accentum, eumq; circunflexum (modò nulla regula generalis impediat) in vocali siue diphthongo, quæ characteristicam immediatè consequitur, vt in τυπῶ & τυπῶμαι, circunflexus est in ῶ & ῶ, quæ characteristicam πρ sequuntur. Ceterùm in verbis in μι & circunflexis, de quibus hoc loco sermo habetur, characteristica & vocalis siue diphthongus mox sequens characteristicam re ipsa non differunt, vt in τιθέιμην, τιθεῖο, τιθεῖτο, &c. q occupat sedem characteristicæ & vocalis sequentis characteristicam. Aoristus verò primus infinitiui vocis actiuæ, & omnia tempora infinitiuorum communiter finita in ναι, habent accentum in penultima, vt ποιῆσαι, πεποιηκέναι, feciſſe. Reliqua tempora, quæ his duabus regulis non sunt comprehensa, antepenacuuntur, modò vltima non producatur: tum enim penultimam acuunt: vt ἐτύπτεον, ἐτυπτέτην. Si autem antepenultima desideretur, penultima recipit tonum, vt τύπτε. Notandum vero hoc loco, finales ancipites α & ι in verbis semper corripi: υ vero produci, vt τέτυφα, τέτυφας: ζεύγνυμι, ἔζευγνυν. in participijs autem masculinis desinentibus in ας, α producitur, vt ποιήσας acuta penultima. at neutrum ποιῆσαν penultimam circunflectit. Et hactenus de tono verborum. Participiorum vero accentum

Tempora habentia accentum in vocali vel diphthongo, quæ immediatè characteristicam consequitur.

Habentia tonum in penultima.

Antepenultimam acuentia.

Notio de finalium α, ι, υ in verbis & participijs quantitate.

Participiorũ accentus.

sic

sic paucis accipe: Finita quidem in μένος antepenultimam acuunt excepto perfecto passiuo, quod cum præsenti, aoristo primo & futuro primo barytonorum vocis actiuæ habet accentum in penultima. Reliqua vero omnia participia vltimam acuunt, præterquam futurum secundum, quod eam circunflectit. Per barytona autem hic intelligo ea etiam tempora circunflexorum & verborum in μι, quæ nihil variant ab inflexione barytonorum. 2 *Reliqua verò tempora tonum in antepenultimam transferunt: vt* κεῖμαι, ἀνάκειμαι, ἐπίκειμαι, διάκειμαι, 281. 10. 3 *Quære verbum* χρὴ, *in Inuestigatione thematis.* 4 *Vide,* 283. 13. 5 *De hoc,* 319. 14.

προπαροξύτονα.

παροξύτονα. ὀξύτονα.

πεπεισμένα.

Quædam omnino carent accentu,[1] ὁ, ἡ:[2] εἰς, ἐς, ἐκ, ἐξ, ἐν: εἰ, *si:*[3] οὐ, οὐκ.

Accentu carentia.

Interdum præter accentum natiuum (qui vnus est tantùm in vna dictione) asciscitur alter propter dictiones encliticas, quæ proprium accentum remittunt ad præcedentem syllabam.

De dictionibus encliticis.

Sunt autem enclitica,[4] τὶς, τινός: infinita, *aliquis, alicuius:*[5] τοῦ, τοῦ pro τινὸς, τινὶ, *alicuius, alicui.*[6] εἰμὶ, *sum,* et[7] φημὶ, *dico,*[8] toto præsente.[9] μοῦ, μοὶ, μὲ, *mei, mihi, me:* σοῦ, σοὶ, σὲ, *tui, tibi, te.* aduerbia[10] infinitè capta, ποθὲν, πρθὲ, *alicunde:* ποθὶ, *alicubi. aliquando:* ποτὲ, *tandem:* πῶς, *quodammodo:* πῶ, *adhuc, dum:* πῆ, *alicubi:* ποῦ, *vspiam.*[11] τὲ, *que:* γὲ, *quidem:*[12] vt εἴτις, *si quis:* εἴτινα, *si quem:*

Nomina enclitica, τὶς, τινός.

Articuli, τοῦ, τοῦ.

Verba, εἰμὶ, φημὶ.

Pronomina, μοῦ, μοὶ, &c.

Aduerbia, πρθὲν, &c.

Coniunctiones, τὲ, γέ.

εἰπέ μοι, *dicito mihi:* σῶμά, σου, *corpus tuum:* ἤκουσέ μου, *audiuit ex me.*

Notio de ἐστί.

οὐκ, καί, ἀλλ', ὡς, εἰ, τοῦτ' } ἔστι

Persona ἐστὶ, est, principium orationis, aut subdita post οὐκ, *non:* καὶ, et: ἀλλὰ, *sed:* ὡς, *vt:* εἰ, *si:* τοῦτο, *hoc,* remittit accentum in priorem syllabam, ἔστι πόλις, *est ciuitas:* καὶ ἔστιν, ἀλλ' ἔστι, ὡς ἔστι, εἰ ἔστι, τοῦτ' ἔστι: alioqui in præcedentem dictionem: καλός ἐστι, *pulcher est:* ἄνθρωπός ἐστιν, *homo est:* σῶμά ἐστι, *corpus est.* Ερμῆς ἐστι, *Mercurius est.* Et de accentu quidem hactenus: reliquũ est, vt de constructione quatenus est opus, agamus.

De tono articulorum.

1 *Hi duo articuli* ὁ, ἡ, *in nominatiuo quoque plurali destituuntur accentu,* οἱ, αἱ. *Reliqui verò casus articulorum tam præpositiuorum quàm subiunctiuorum, aliquo semper notantur tono, circunflexo quidem in genitiuis & datiuis cuiusuis numeri: alias verò acuto: qui tamen ferè semper ob dictionis consequentiam mutatur in grauem.*

De tono præpositionum.

Notio de præpositionibus suos casus subsequentibus, aut pro verbis sumptis.

2 *Ceteræ præpositiones tam monosyllabæ quàm disyllabæ vltimam grauant: nisi quum aut suis casibus per anastrophen postponuntur, aut pro verbis compositis sumuntur: tum enim penultimam acuunt, vt* γήρως πέρι, *pro* περὶ γήρως, *de senectute:* & πάρα *pro* πάρεστι *vel* πάρεισι, *adest vel adsunt.* ἔνι *pro* ἔνεστι, *inest, licet. Significationem autem & constructionem præpositionum habes in sequenti tractatu de ratione syntaxeos.*

οὐ, οὐκ & οὐχ quomodo discrepent.

3 *Sic* οὐχ, *quod idem significat quod* οὐ & οὐκ: *sed* οὐ *ponitur ante consonantes:* οὐ σὺ, *non tu:* οὐκ *ante vocales leuigatas,* οὐκ ἐγὼ, *non ego:* οὐχ *ante aspiratas,* οὐχ οὗτος, *non hic: in fine tamen sententiæ semper dicitur* οὔ *cum accentu acuto,*

to, etiam ante vocales. ὡς quoque, id est, vt, accentu de- 4 5 ὡς.
stituitur. 4 Vide 51.9. 5 Quære 197.12. 6 De hoc, 270.12. 7 6 7
De hoc 382. 22. 8 Secunda tamen vtriusque persona sin- 8
gular. εἶ, es, & φῄς, ais, non inclinatur. 271.24. 9 Sunt 9 εἶ. φῄς.
item et multa alia pronomina enclitica ex varijs idio- Alia prono-
matibus desumpta, de quib. pag. 193. atq; hæc ferè sunt: mina encli-
in prima pers. μεῦ pro μοῦ: in secunda σεῦ et σέω pro σοῦ: tica.
sic σοὶ pro σοὶ, et τὺ pro σὲ: in tert. οὗ, & εὗ pro οὗ: sic οἷ, &
ἕθεν ac μὶν pro ἐ: in duali σφὲ & σφωὲ siue σφὼ & σφέ:
nam σφὼ secundæ pers. encliticum non est. in plurali σφί-
σιν & σφὶν siue σφὶ pro σφίσι: sic σφέας pro σφᾶς. non
tamen enclitica sunt huiusmodi pronomina si ponantur Pronomina
cum præpositionibus, aut cum disiunctiuis coniunctioni- enclitica vbi
bus, aut cum particulis ἕνεκα, οὕνεκα, vel εἵνεκα, id est, non inclinen-
ob, propter, causa: aut cum per appositionem ad aliam per tur.
sonã, vt ἐμοῦ ἤκουσεν, ex me audiuit, non ab alio. at ἤκουσέ
μου, ex me audiuit, simpliciter, ita tamen vt ab alio au-
dire potuerit. 10 Sumpta verò interrogatiuè non sunt en- 10 Aduerbia in-
clitica, sed dissyllaba penacuuntur, & monosyllaba cir- terrogatiua.
cunflectuntur: πόθεν vel πόθε, vnde? πόθι, vbi? πότε,
quando? πῶς, quomodo? πῇ, quî? quonam modo? ποῦ, vbi?
at πώ pro πόθι, vel πόθεν, acuitur, & Doricum est. 11 11
Occurrunt & aliæ coniunctiones encliticæ apud poetas, Coniunctio-
quæ ferè velut otiosæ in oratione redundant: atque ideo nes expleti-
expletiuæ nuncupantur: vt θὲν, θὴν, κὲ, κὲν, νὺ, νὺν, πὲρ, uæ.
ποῦ, ῥὰ, τὰρ, σοί. Inclinatur etiam οὖν post οὐκ, si tantùm
neget, vt οὔκουν, non: si verò infert vel interrogat, retinet
accentum, οὐκοῦν, igitur, absque negatione. δὲ quoque
inclinatur, quando in diuisionibus cum articulis posi-
tum patitur apostrophum, ὅδ', τοῦδ', &c. Ceterum κε
& κεν non rarò potentialem modum indicant, veluti ἂν:
φαίης κε, vel φαίης κεν, id est, φαίης ἂν, dixerim, diceres,
dicere posses, sæpè tamen redundant, vt etiam nonnun-
quam ἄν. 12 Exemplis indicat quæ dictiones vltimam a- 12
cuant ob particulas encliticas subsequentes, nempe eæ

Quæ dictiones ob subsequentes enclitícas vltimam acuãt.

quæ alias accentu destituerentur, de quibus paulo ante, vt ἐι, εἴτις. Deinde, dictiones oxytonæ, quæ tamen alias ob dictionis consequentiam vltimam grauarent, vt ἐπὶ, ἐπί μοι de ἐπὶ, vide, 259. II. Dictiones quoque penanflexæ, vt σῶμα, & antepenacutæ, vt ἄνθρωι, sequente enclitica, vltimam acuunt, σῶμά σου, ἄνθρωί μοι. tamen vocabula penanflexa, quæ vltimam positione producunt, acutum ob encliticam non recipiunt, vt φοῖνιξ ὄρνι, phœnix est, non φοῖνίξ ὄρνι. Si autem particulas encliticas

Quæ dictiones enclíticarum accentũ non recipiãt.

præcedat dictio vltimam habens circunflexam, enclíticæ natiuum accentum prorsus amittunt, vt θεῦ σου, Dei tui: θεῦ ὄστι, Dei est. Si vero dictio præcedens penacuatur, enclitica sequens, monosyllaba quidem accentum eodem modo amittit, sed disyllaba illum retinet, vt λόγος μου, sermo meus: λόγος ὄστι, sermo est: tamen si dictio præcedens penacuta, trochaica fuerit, habens scilicet penultimam sola positione longam, & vltimam breuem, enclitica sequens accentum, iuxta quosdam, in præcedentis vltimam reiicit, non aliter quàm si præiret vocabulum trochaicum penultimam circunflectens, quale est σῶμα: vt ἄνδρά μοι, virum meum: ἄνδρά τινα, virum quendam.

RATIO

RATIO SYNTAXEOS.

Constructio Græcorum.

DE Græcorum constructione tantùm præcipienda sunt ea, in quibus nobiscum non consentiunt.

Nominatiuus alterius numeri quã verbum.

Neutrum plurale verbo gaudet singulari, ζῶα τρέχει, pro τρέχουσι, *animalia currũt.*

Genitiui constructio.

Genitiuum multis adhibent, quibus nos ablatiuum: siquidem vterque casus ponitur absolutè. Latini, me præsente.

Genitiuus absolutè positus.

Græci, μοῦ παρόντος. Quandoque participium solum: ἐλθόντων δὲ, vbi autem venissent, intelligendo casum rei conuenientis. Atticè pro hoc genitiuo est accusatiuus, et fermè cum ὡς et ὥσπερ: ὡς τὴν ἄνδρα τοῦτο ποιήσοντα, pro τοῦ ἀνδρὸς ποιήσοντος, *viro istud facturo*: estque istud receptissimum in participiis impersonalium, δέον, *cùm deceat, cùm sit decorum*: δεῆσον, *cùm oportuerit*: ἐξὸν, *cùm sit permissum*: ἐνὸν, *cùm liceat*: προσῆκον, *cùm deceat*: πρὸν, *cùm adsit facultas*: ἐνδεχόμενον, *cùm fieri possit*: ἐξὸν αὐτοῦ ποιῆσαι, *cùm ipsi permissum esset facere*: ὡς μηδὲν αὐτοῦ διαφέρον, *tanquam nihil eius intersit*: δόξαν ἐμοὶ γράψαι, *vbi mihi statutum esset scribere*: ἄδηλον ὄν, *cùm sit incertum, &c.*

Atticismus.

Accusatiuus absolutè positus

Participia impersonaliũ in accusatiuo absolutè posita.

Genitiuum postulant cõparatiua, superlatiua.
Verba affectus.
Sentiendi.
Curandi.
Participãdi.
Priuandi.
Assequendi.
Frustrandi.
Dominandi.
Dissidendi.
Copiæ, inopiæ.
Verbalia facta ex α & finita in ικός.
Adiectiua.
Partitiua.

Genitiuum postulant comparatiua et superlatiua, σταχάνης δικαιότερος, *trutina iustior:* βέλτιστος ἁπάντων, *optimus omnium.* Verba qnæ animi affectionem significant, ἐρῶ, ἐπιθυμῶ, *amo, desidero,* et similia. Verba sentiendi, curandi, participandi, priuandi, assequendi, frustrandi, dominandi, dissidendi, copiæ et inopiæ: quorum exemplis supersedendum duximus, monuisse tantùm contenti. Adhæc verbalia per α priuatiuum facta, ἀθέατος ἀληθείας, *qui non spectauit veritatem.* Verbalia in ικὸς, ποριστικὸς τῶν ἐπιτηδείων, *suppeditator idoneorum.* Et adiectiua plurima, ἄξιος, ἀνάξιος, ἄπειρος, *dignus, indignus, iuexpertus.* Et alioqui quoduis adiectiuum partitiuè positum, οἱ γνήσιοι τῶν φίλων, qui inter amicos ingenui sunt, quale illud Plinianum, Ouorum oblonga. Præterea verbum substantiuum εἰμὶ et γίγνομαι: τούτων ἐστὶν ὁ Πλάτων, horum aut de numero horum est Plato: quod verbum quandoque omittitur, vt οὐδὲ τῶν ἀδικούντων ἐγὼ, *neque ego sum de numero nocentium.*

Verbum substantiuum.

Parti-

Partitionis genitiuus mutant in casum partium, οἱ ἄνθρωποι, οἱ μὲν ἀγαθοὶ, οἱ δὲ πονηροὶ, pro τῶν ἀνθρώπων, *hominum alij probi, alij improbi.* sic τοὺς φίλους, τοὺς μὲν ἀπέκτανε, τοὺς δὲ πένητας ἀπέδειξε, pro τῶν φίλων, *amicorum alios quidem interfecit, alios verò pauperes reddidit:* et ita per omnes casus.

Partitionis genitiuus in casum partium mutatus.

Crebrò etiam genitiuus ἐλλειπτικῶς ponitur, deficiente εἵνεκα: δυσδαιμονίζω σε τῆς τύχης, hoc est, εἵνεκα τῆς τύχης, *beatum te prædico* ob felicitatem, aut quod ad felicitatem pertinet: vtrunque enim significat εἵνεκα: et ὦ μακάριε τῆς θέας, beatus qui ista videris.

ἕνεκα intelligitur.

In genitiuo ponitur materia, πεποίηται λίθου, *factum est è lapide.* Pars, ἔπιον τοῦ οἴνου, *bibi è vino.* λαβόμενον τοῦ ποδὸς, *accipiens pede.* Pretium, ὠνησάμην δύο ὀβολῶν, *emi duobus obolis.* Tempus, νυκτὸς καὶ ἡμέρας σπουδάζει, *noctu & diu studet.* Temporis verò continuitas in accusatiuo, ὅλην τὴν ἡμέραν εἰργασάμην, *tota die operatus sum:* quod et in datiuo, εἴκοσιν ὅλοις ἔτεσιν ἀπεδημήσας, *viginti totis annis peregrinatus.*

Materia. Pars.

Pretium.

Tempus. Temporis continuitas in accusatiuo.

Aduerbia genitiuum regentia.

Genitiuum regunt, ἄλις, *satis*: οἶκα, *causa*: χαρίν, *gratia*: αὖθι, *sine*: δίκλω, *instar*: πλὴν, *præter*: μεταξύ, *interim dum*: παρόρ-γον, *obiter*: φεῦ, *heu*: ὦ, ὀ: βαβαὶ *papæ*: ἡρά-κλεις, *hercule*, *dij boni*: οἴμοι, *hei mihi*: et hu-iusmodi exclamationes: etiam εὖθύ, *recta*: πόρρω, *procul*: ἄπο *pro* ἄποθεν, *procul ab*: ἔξω, *extra*: χωρὶς, *sine*: et aduerbia localia, πῆ, *vbi*? πόθεν, *vnde*?

Exclamationes.

Localia.

Datiuo tribuuntur verba sequendi. Certandi. Passiuè capta.

Datiuo tribuuntur verba sequendi, ἀκολουθῶ, ἕπομαι, *sequor*. Certandi, ὁρίζω, *contendo*: πολεμῶ, *belligero*: ἀγωνίζομαι, *certo*: μάχομαι, *pugno*. Quæcunque passiuè capiuntur, πεποίηταί μοι, *factum est mihi*: pro ὑπ' ἐμοῦ, *à me*: ἄγνωστον τοῖς πολλοῖς, vulgo ignotum.

Composita à σὺν & ὁμῦ.

Composita à σὺν et ὁμοῦ, σύμφορος, *collactaneus*: ὁμόψηφος, *consentiens, eiusdem sententiæ.*

Instrumentum. Causa. Modus actionis. Pretium.

Datiui casus est instrumentum, ἀπέκτανε τῷ ξίφει, *interfecit gladio*. Causa, φθόνῳ ταῦτα πρᾶττει, *inuidia hæc facit*. Modus actionis, τίνι τρόπῳ γράφεις, *quomodo scribis*? Et quandoque pretium, Chrysost. ἰδίῳ θανάτῳ τὸν πρίαμενον πρίαμενος, *propria morte gregem emens*.

Verba quæ

Datiuum habent cum genitiuo, ἀμ-

φισβη-

φισβητῶ, *dubito, certo:* μετέχω, *participo:* κοινωνῶ, *communico:* συγγινώσκω, *ignosco:* φθονῶ, *inuideo*, et impersonalia, δεῖ, *oportet:* μέτεστι, *adest:* μέλει, *curæ est:* μεταμέλει, *pœnitet.* In datiuo pronominis αὐτὸς sæpenumero intelligitur præpositio σὺν, vt ἀπετεμὼν αὐταῖς ὠλέναις τὰ πτερά, hoc est, σὺν αὐταῖς, *vna cum ipsis vlnis pennas amputans.*

datiuum habent cum genitiuo.

σὺν intelligitur.

Accusatiuum admittit quoduis verbum nominis ab eo deducti, τοιούτους γάμους γαμῶν, *tales nuptias iniens:* ἀδικῶ σε ἀδικίαν, *afficio te iniuria:* aut nominis relatiuum, ἡ ἀδικία, ἣν ἀδικῶ σε, *iniuria qua te afficio.*

Accusatiui constructio.

Vbique locus est accusatiuo, si intelligas κατὰ: Σύρος καὶ τοὔνομα, καὶ τὴν πατρίδα, *Syrus & nomine & patria.* sic Virgilius, Cetera Graius.

κατὰ sæpe subauditur.

Et qualia sunt Poetis nostris vsitatiora, fractus membra, et similia, iis Græci passim vtuntur, τὴν ῥῖνα κορύζης μεστὸς, *nares muco plenus:* κόσμιος τὴν ἀναβολὴν, *ornatus vestem:* τὸ σχῆμα εὐπρεπὴς, *habitu decorus.*

Passiua regunt accusatiuum verbi actiui, vt

Passiua cum

actiuorum accusatiuo.

ui, vt ἐπιτρέπεις ἐμοὶ τὴν δίκαιαν, *defers mihi arbitrium:* sic passiuè, ἐπιτρέπομαι τὴν δίκαιαν, *deferor arbitrium, pro arbitrium mihi delatum est.* et ἐγχειρίζομαι ταύτην τὴν ἐπιμέλειαν, *commissam habeo hanc curam.*

Verbalia in τέον.

Verbalia in τέον verbi sui postulant accusatiuum, γραπτέον ἐμοὶ ἐπιστολὴν, *scribenda est mihi epistola.* Interdum secundus accusatiuus in vicem datiui succedit, ἰατέον τὸν νόσον ἀμελοῦντα τῆς αἰτίας, *medendum est morbo ei qui negligit causam.*

Secundus accusatiuus in vicem datiui.

Accusatiuus pro genitiuo.

Atticè accusatiuus pro genitiuo, ἀποστερῶσε τὰ χρήματα, pro τῶν χρημάτων, *priuo te pecuniis.* Et pro datiuo, οἷά με ποιεῖς, pro ἐμοὶ, *qualia mihi facis.*

Accusatiuus pro datiuo.

Infinitiui constructio.

Quando infinitiuus et verbum præcedens ad eandem pertinent personam, nõ est opus accusatiuo: ἔφη ποιήσειν, dixit facturum, nempe se, vt Terentius, Pollicitus sum suscepturum.

Infinitiuus cum nominatiuo.

Infinitiuus non tam accusatiuum habet, quàm nominatiuum, φησὶν ὡς αὐτὸς γεγενῆσθαι, dicit se auctorem fuisse: ὅτως ἀπέχων τῆς ἀλαζονείας, ὥστε ταῦτα εἰδὼς,

εἰδὼς, μηδὲν εἰδέναι οἴεσθαι, tam alienus ab arrogantia, vt cùm omnia norit, tamen se nihil scire putet.

Particulæ infinitiuo gaudentes.

Iunguntur infinitiuo, ὡς, vt: ὥσε, ita vt: πρὶν, πρὶν ἢ, priusquam: ἐπειδὴ, postquam: ὅσον, quoad, quasi.

Notio de relatiuo.

Relatiuum eodem casu ponunt cum antecedente, χρῶμαι οἷς ἔχω βιβλίοις, vtor libris quos habeo: ἐκ τῶν ἐπιστολῶν ὧν ἔπεμψε, ex epistolis quas misit. hinc sunt illa, ἀνδρὶ οἵῳ σοι, viro simili tibi: ἄνδρα οἷόν σε, virum similem tibi.

Participium pro infinitiuo cum verbis perseuerandi.

Participium tanquam pro infinitiuo cum verbis perseuerandi, ἀγαπῶν με διατέλει, amare me perge. Desistendi, οὐ παύσομαι φιλῶν, non cessabo amare.

Desistendi. Affectus animi.

Et cum verbis affectionem animi significantibus, μέμνημαι ἰδών, memini vidisse: οὐ συνίεσαν μάτην πονοῦντος, non intelligebant me frustrà laborare. sic Vergilius,

Sensit medios delapsus in hostes.

Articulus aduerbijs & præpositionibus iunctus.

Articulo vestitum aduerbium fit adiectiuum, ὁ χθές, hesternus: quòd si iungatur præpositioni cum suo casu, intelligitur commodum aliquod participium, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, in cœlis: nempe ὤν aut οἰκῶν, existens aut habitans.

Præpo-

Constructio præpositionum.

Præpositionum varia significatio variat regimen. Genitiuum habent ἐκ vel ἐξ, ex, significans locum, tempus, materiam, causam: πρὸς, ab, coram, iurandi, officii: πρὸ, ante, locum, tempus: κατὰ, contra, super, de, ab: διὰ, per: μετὰ, cum: παρὰ, ab: ἀντὶ, pro ἐπὶ, circa, super, etiam tempus significat: περὶ pro ἀμφὶ, à, ex: ὑπὲρ, præ, sub: ὑπὸ, pro, de, super.

Iunctæ genitiuo.

Datiuo.

Datiuum, ἐν, in: σὺν, cum: πρὸς, iuxta: παρὰ, apud: ἐπὶ, propter, in potestate, post, super, contra: περὶ, pro, in, circa: ὑπὸ, sub.

Accusatiuo.

Accusatiuum εἰς vel ἐς, in, ad: ἀνὰ, per: κατὰ, per, secundum, circa: διὰ, propter: μετὰ, post: παρὰ, ad, præter, propter: ἐπὶ, ad, in: περὶ, circa, circum, prope: ὑπὲρ, sub: ὑπὸ, supra, vltra.

De ἀμφὶ iudicandum vt de περὶ, quod vsitatius est.

Duæ ἐλλείψεις ponuntur cum genitiuo: ἐν, deficiente datiuo, εἰς, deficiente accusatiuo: ἐν ᾅδου, *apud inferos*, pro ἐν οἴκῳ τοῦ ᾅδου, *in æde seu ædibus Plutonis*: εἰς διδασκάλου, pro εἰς οἰκίαν τοῦ διδασκάλου, *in domum præceptoris.*

ἐν & εἰς cum suorum casuum defectu.

Dicunt præterea, οἱ περὶ Πλάτωνα: hoc

